



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)







Th. 2836.


J. III.

37




















R. P. FVLVII

# ANDROTII SOCIETATIS

Iesu,

## PIAE MEDITATIONES

*sive*

CONSIDERATIONES DE FRE-  
quentanda Communione,

ALIAQUE DOCUMENTA ET

*Præcepta de eadem à pps, ac imprimis, Reli-  
giosis hominibus, qui ad virtutum culmen  
tendunt, rectè instituenda.*

OMNIA EX ITALICO IDIO-  
mate in latinum conuersa, & nunc  
secundo edita.



COLONIAE AGRIPP.

Sumptibus Petri Henningi,

ANNO M. DC. XI.

*Permissu Superiorum.*

a 2



**S. AVGVSTINVS**  
**lib. de Eccles. dogmat.**

QVOTIDIE EYCHARITIAE  
COMMVNIONEM PERCI-  
PIRE NEC LAVDO, NEC  
VITVPERO, OMNIBVS TA-  
MEN DOMINICIS DIEBVS  
SVADEO ET HORTOR, SI  
TAMEN MENS SINE VO-  
LVTATE PECCANDI SIT.





A D M O D V M  
R E V E R E N D O  
I N C H R I S T O P A T R I  
A C D O M I N O

D. HILGERO CREMERIO  
Celeberrimi Præmonstra-  
tensis ordinis Monasterij in  
Knechtsteden Abbati dignissi-  
mo, Domino & Pa-  
trono suo colen-  
dissimo.

**M**isitò, Reuerende in  
Christo Pater, Bi-  
bliopole omnem  
suam industriam  
typographicam nobilium  
virorum & in omni digni-  
tate principum præfulcien-  
dam & honestandam no-  
mine



# EPISTOLA.

mine putant. Etenim etsi  
laus quædam videtur inesse  
in omni genere monumen-  
torum; tamē haud fieri po-  
test, vt cluceat prius, quàm  
eam clarissimi alicuius viri  
illustret dignitas, & quasi lu-  
men accendat: vt vitrum  
quamuis suaptè natura pel-  
lucidum sit, ac splendidum,  
nullam tamen ex se effundit  
lucem quæ fulgeat ad ocu-  
los nisi acceperit aliundè.

Quare cū non ita pridē  
quoddam opusculum R. P.  
Richeomi Soc. Jesu sub Pa-  
trocinio Reuerēdi in Chri-  
sto Patris *Dionysij Lieck* Abba-  
tis ad D. Nicolaū in **Grauw-  
weiler** dignissimi, in lucem  
ediderim; nūc hæc R. P.  
Fulvii Androtij opuscula  
om.



## DEDICATORIA

omnia non minus elegātia  
quā pia, sub. R. P. V. tute-  
la lucem aspicere volui, tū  
quia statui isti vestro cōue-  
niunt optimē, tū quia si-  
mul meam meorumque in  
R. P. V. adfectum & obser-  
vantiam non obscure tes-  
tantur.

Amplectatur itaque R.  
V. P. pro singulari sua hu-  
manitate grato beneuoloq;  
animo hoc manus literarū  
meæ in eam obseruantia  
testimoniū. Quod si, quem-  
admodū spero & confido,  
factum fuerit, & ego erga  
R. P. V. de Socero meo opti-  
mē meritam, non omnino  
ingratus videbor, & opus-  
cula hæc quæ nūc primum  
omnia simul in lucem pro-

A 4 deunt



EPIST. DEDICAT.  
deunt Vestri nominis splē-  
dore illustrata, pietatis stu-  
diosis multò futura sunt  
gratiora.

Deus Opt. Max. R. P. V.  
Ecclesiæ Catholicæ, Cele-  
berrimo Præmonstratensiū  
Ordini, atque adeo mona-  
sterio Knechtsteden si quàm  
diutissimè sospitem, sal-  
uamque seruet Coloniae  
ybigrū VII. Kal. Septemb.  
Anno. 1611.

R. P. R.

Observantissimus

Petrus Henningus  
Bibliopola Colon.

AVCTOR





A V C T O R  
P I O L E C T O R I .



Quoniam parū prodest,  
nobilem aliquam gem-  
mam habere, si pretio  
eius ignorato, vel ne-  
glecto patiaris eam in  
arca delitescere: visum est mihi hoc  
libello pretiosissimam quandam gem-  
mam in lucem proficere, hoc est, ex-  
ponere quantum thesaurum possideat,  
qui à Deo gratiam frequentius com-  
municandi accepit: idque eo fine, ut v-  
bi cognoverit quā prastanti gemma  
à diuina liberalitate donatus sit, eam  
amet vehementius, de ea magnificē  
sentiat, gratias Deo agat, caueatque  
ne vnquam illam amittat. Quemad-  
modum autem ciborum suauitas non  
perfectè cognoscitur, si tantum oculis  
subijciatur, non etiā ore delibetur,

A 5 . den.



# PR AEFATIO

dentibusq<sup>3</sup> quasi molatur & teratur: quò enim plus masticator, eò sapor eius magis percipitur: vnde & qui integrum deglutiunt, saporem non sentiunt) sic tibi, amice Lector, satis esse nò debet, cognouisse huius sanctiss. Sacramenti excellentiam, eiusq<sup>3</sup> multiplices fructus hoc libello expositos, neq<sup>3</sup> satis est perlegisse, quàm in meditationibus, alijsq<sup>3</sup> documentis hic praescriptis contineri: sed opus est praeterea illa exercere, & considerationis, contemplationisq<sup>3</sup> dentibus molere & masticare, & à Deo postulare, vt lumine gratiae suae mentem tuam ita illustret, vt penitus intelligas omnia quae legeris. Olim Deus ea animalia voluit haberi munda, quae ore ruminarent, vt indicaret, eum qui iumentum vel seruus Dei esse velit, debere res diuinas in animo reuoluere & ruminare. Cùm ergo constet huius Sacramenti epulum, ex omnibus cibis à Deo datis, omnium esse lautissimum & praestantissimum, non dubiū est, quin etiam velit hunc corporis & sanguinis sui cibum suauissimum & diu-

Leu. 13.



# AD LECTOREM.

diuinissimum diligentissimè à nobis  
ore mentis ruminari. Quando Domi-  
nus DEVS populo suo impertuit man-  
na in deserto, magno stupore dixit,  
Manhu, id est, quid est hoc? vt indica-  
ret hoc Sacramentum per manna pra-  
figuratum, non debere deglutiiri, sed  
bene considerari, mente excutiendo,  
quis sit ille quem recipimus. Id quod  
docebit te hic libellus, & idcirco cre-  
brò & attentè eum perlege, ac pro e-  
ius auctore ora, laudem reddens &  
gloriam Deo, qui non solum omnis boni  
auctor est, sed etiam, vt nos omnium  
bonorum suorum participes faceret,  
in hoc sanctissimo Sacramen-  
to semper mansit, mane-  
bitq.



A. 6.

EXHOR-





EXHORTATIO  
ALTERIVS AD SACRAM  
Communionem.

**H**OC perlecto opu-  
sculo, satis intelli-  
ges pie Lector, quā-  
te præclarius, quā-  
toque vtilius, ac fructuo-  
sius sit, sacratissimum Chri-  
sti corpus in Eucharistia  
frequenter sumere, quā  
cibo tam salutifero vitaliq;  
se abstinere. Vñ illud mo-  
do tibi superest, vt perspecta  
videlicet tanti Regis huma-  
nitate liberalissimè ad suas  
nuptias te vocantis & sic  
inuitantis: *Accipite, & comedite:  
hoc est corpus meum. Et: Hoc fa-  
cite in meam commemorationem:*  
properè ac frequenter ac-  
cedas,

*Matth c.*

*Luc. 22.*



FREQUENT. COMMVN.  
cedas, ne in vitium ingra-  
titudinis incidas, atque  
à regno cœlorum cum E-  
uangelicis illis inuitatis (si *Luc. 14.*  
te excusaueris) excludaris.  
Hæ nuptiæ cœlorum Regis  
sunt, conuiuium est spiri-  
tuale, cuius panis cor ho-  
minis confirmat, & vinum  
spirituali lætitia hominis  
mentem inebriat. Cibus v- *Psal. 103.*  
ro illius, caro CHRISTI  
est, dicentis: *Caro mea verè* *act. 10an. 6.*  
*bus.*

Hæc enim est illa saluta-  
ris Angelorum esca de Cœ- *Sapient. 16.*  
lo tradita, omne delectamē-  
tum in se habens, & omnis  
saporis suauitatem. Hic est *Gen. 49.*  
panis pinguis, qui præbebit  
delicias Regibus. Hic est pa-  
nis frugum terre vberimus *Esaia. 30.*

Â 7 & pin-



# EXHORTATIO AD

- Leuiti. 23.* & pinguis. Hic etiam est panis ille primitiarum. Hic est panis tūm in subcinericijs panibus Angelis ab Abraham oblati, & tūm in panibus propositionis significatus.
- Exod. 40.* Designabatur etiam hic saluberrimus panis in pane & vino à Melchisedech oblatis. Hic denique est panis ille subcinericius, in cuius fortitudine ambulauit Elias quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb. Hoc est lignū vitæ, à Deo Optimo Maximo in medio paradiso terrestri insitum, cuius esus vitam corpoream cōseruabat. Hic est agnus Paschalis sine macula, per cuius sanguinē positum super vtrūq; postem, & in liminibus do-



FREQUENT. COMMVN.

morum olim fuit populus

Iſraëliticus ab Angelo per-

cuffore ſeruatus. Hic eſt he-

*Iudi. 13.*

duſ, quem obtulit Manue

Domino ſuper petram. Eſt

*1. Reg. 14.*

quoque fauus mellis, quem

Ionathas intincta ſummita-

te virgæ, conuerſit ad os, &

illuminati ſunt oculi eius.

Eſt etiam largiſſima illa a-

*Num. 20.*

qua, quæ ex petra à Moſe

percuſſa repente ſcaturijt.

Accede igitur liberè ad hoc

ſuauiſſimum Chriſti con-

uiuium, in quo certiſſima

tibi ſalus & vita promitti-

tur: Si enim veſtimēta Chri-

*Matt. 14.*

ſti, & ſudaria ac ſemicinctia

Pauli vel leui contactu ſalu-

*Act. 19.*

tem præſtabant, quanto ma-

gis ipſum Chriſti corpus di-

gnè ſumptum ab omnibus

te in-



EXHORTATIO AD

te infirmitatibus tuis prauisq; affectibus liberabit?

Si solo Christi verbo qua

*Ioan. 11.* triduanus Lazarus excita-

tus ab inferis extitit, quan-

to magis ipsum Christi cor-

pus tuum pectus ingressum

te viuificabit, tuamq; con-

scientiam a peccati te vin-

*Gerson.* dicans morte, purgabit? Eia

igitur fidelis anima, si im-

munda es, accede ad fontē

pueritatis: Esuris? accede pas-

cenda ad panem viuificū &

indefectibilem, esurientem

implentē bonis. Aegrotas?

erit hoc efficacissimum tuæ

*Mar. 5.* infirmitatis medicamentū.

Fluxum pateris, nec sanari

potes à medicis? tãge plena

fide cū Hæmorrhoiſſa fim-

briã vestimenti Iesu, sacro-

fan-



FREQUENT. COMMVN.

sanctam hostiam, & restrin-  
geris. Si percussam te sentis *Numo. 32.*  
à serpentibus, peruersarum  
tentationum; quid restat ni-  
si vt serpentem æneam sine  
veneno Christum in cruce  
elevatorum aspicias? Cæcam  
te fortassis, debilem, & clau-  
dam conquereris? memine-  
ris oportet quod tales ad  
cœnam magni Regis inui-  
tantur, & intrare compel- *Luc. 14.*  
luntur. Lubrica sum (in-  
quis) & instabilis: sed hic pa-  
nis cor hominis confirmat.  
Tristis es & anxius? sed hoc *Psal. 103.*  
vinum hominem interiorē  
letificat. Inquietant te pluri-  
ma? Adhære ei, qui turbidos  
fluctus sedat. Peregrinaris à *3. Reg. 19.*  
domino? sed in fortitudine  
cibi istius ambulabis vsque  
ad.



EXHORTATIO AD

*Cypr.* ad montē Dei. Hec mira Spiritus sanctus per scripturas, spirituq; Dei inspirati sancti Dei homines de hoc admirabili Sacramēto loquuntur. De quo Beatus Cyprianus in sermone de coena Domini, doctissimē simul ac religiosissimē scribens: Panis hic (inquit) azimus, cibus uerus & syncerus per speciem & sacramentū nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate CHRISTO confirmat. Accedant igitur omnes Dominicæ passionis studiosi ad hunc saluberrimum panem: neq; sumere, quā frequentissimē poterunt, hoc suauissimum manna vereantur, in quo laboriosi huius mundi deser-



FREQUENT. COMMVN.

sertum sine vitæ periculo  
transire possint. Ne timeat  
ad hunc salutiferum panem ac-  
cedere, qui velit cor in do-  
mino habere confirmatum  
ad vincendos iniquissimos  
Dæmones, qui nostræ saluti  
cōtinenter insidiantur. Ne-  
mo hunc panem vberri-  
& pingui-  
ssimum, qui deliti-  
as præbet æternas, accipere  
dubitet. Nemo denique sit,  
qui timeat frequenter, atq;  
adeo frequentissimè panem  
hunc subcinericium, & azi-  
mum sumere, compositum in  
utero virginis, coctum in ara  
crucis, in cuius fortitudine  
quadraginta diebus, & qua-  
draginta noctibus, hoc est,  
breuissimo huius vitæ spa-  
tio non iam vsq; ad montem  
Beii



EXHORTATIO AD  
Dei Oreb, idest, desertū: sed  
vsque ad montem Thabor,  
hoc est, puritatem, &  
gloriam Dei perue-  
nire possi-  
mus.



DE





DE ADMIRABILI  
EVCHARISTIAE  
SACRAMENTO  
Carmen.

**N** Vminis aeterni cū dextera conderet  
orbem,  
Fundente omnigenas vi bonitatis opes.  
Vita quibus fuerat nascentibus insita rebus,  
Addita contiguīs sunt alimenta leuīs.  
Herba, frutex, arbor succū, radicibus actis,  
De pingui eliciunt, vt vegetentur, humo.  
Omnia de pastis viuunt animalia, plantis,  
Aut alijs, propria conditione, cibis.  
Precipue, Rex orbis homo: cui praeberet aēdo,  
Tam varias cētus fluctus, & aura dapes.  
At geminam debebat homo si viuere vitam:  
(Mens quia se bruto viuere more negat)  
Corporea sua quādo data est alimonia vite,  
Nullane tunc animis esca parata fuit?  
Primigenis nec enim foelix mortalibus hor-  
tus,  
Gigebat, viuax spiritus vnde foret.  
Spirituūq; nihil vitalis proderat arbor,  
Solum anima tutrix hac vegetantis erat.  
Diuis



Divinis purisq; animis diuina dabatur:  
 Qualis & Angelicis mentibus esca datur.  
 Sed similes postquam iumentis reddidit illos,  
 Culpa nocens: victum mens spoliato suo est.  
 Mortua & esset adhuc: miserans nisi Christus  
 Denuo morte sua restituisset opus. (amatū  
 Perdita quæ fuerat, diuina reuixit imago:  
 Interiorq; noua luce renatus homo est.  
 Utq; hic cœlestem cœlesti fomite vitam  
 Nutriat, at atem perficiatq; suam:  
 Ille suum nobis sacro cum sanguine corpus  
 (Onimio exundans munus amore) dedit.  
 Angelus ambrosia se pastu, & nectaris haustu  
 Repleat, oblectet, latisci, etq; licet.  
 Inuidisse potest nobis hac fercula: Si quid  
 Inuidiæ Angelicis mentibus esse potest.  
 Sit tamen (ut par est) Superiorum lautior esus:  
 Mortali at certè congruit iste magis.  
 Dum fidei speculo eternarum enigmata rerum  
 Cernimus, atque animum fictile corpus habet:  
 Sensibus substanti diuina Charismata formis,  
 Et species sensu, res homo mente capit.  
 Ardua præsertim mysteria sacra Synaxis  
 Prodit: ubi Christum signa aliena tenent.  
 Diuinis cedunt humana problemata verbis:  
 Nulla Deo poterat gratior esse fides.  
 Magna profectò fides, & pramia magna meretur  
 Quæ modò tecta latent, deindè relecta patent.  
 Nam



Nam cibus est idem quo vescitur angelus, & quo  
Christigena: hic cibus est Christus hō atq; Deus.  
O miserum, qui delicias non gustat opimas.  
Quam sapit ille, caro cui tua, Christe, sapit.  
Se Christo esuriens saturat, satur esurit vsque,  
Iam superis similis sinitimusq; choris.  
Accipere at quisquis Christum non curat opertū:  
Accipiet nunquam Christus apertus eum.  
Mortales igitur vitam cognoscite vestram,  
Et meritum capiat grande Charisma decus.  
Namque in deserto aeris fastidia manna  
Terribilem Hebraeis si peperere necem:  
Caelestis, seu diuini contemptio panis  
Quid nisi Tartareum sit paritura rogi?  
Ah quid opū spinas, quid honorū mandere glādes,  
Quidve voluptatum stercora, Quae so, iuuat?  
Nil caro mortalis, nisi mortem, gignet amanti:  
At vitam, Christi viua datura caro est.  
Non opus est pretio, prostant conuiuia gratis:  
Sordibus hac temerè dummodò nemo petat.  
Credat, speret, amet, seq; his virtutibus ornet,  
Sicq; ad regales audeat ire dapes.  
Hic quoque quo poteris conuiuia frequentior esse,  
Regali à mensa commoda plura feres.  
Atque frequens ut sis, suadent ratioq; fidesq;  
Et pietas, & spes, conditioq; cibi.  
Si quoties rigido languent tua corpora morbo,  
Accersis medicā qui leu et arte malum.

Cue



Cur quoties aliquo fœdasti crimine mentem,  
Non sumis pura pharmaca sacra manu?  
Accede ergo frequens, tantã neq; despice mensã,  
Vnde tibi tantum commoditatis erit.  
Dumq; sacram propius fas est attingere mensam,  
Percipi corda trahant hinc amor, inde timor  
Nam timor, indignũ quod homo se nouerit, arcet:  
Se dare dignantem sumere suadet amor.  
Sic bene susceptus, bene si tractabitur, hospes  
Hospitium sœlix, atque perenne dabit.



R. P. FVL





R. P. F V L V I I

A N D R O T I I

S O C I E T A T I S

I E S V,

PIAE MEDITATIONES SIVE  
*Considerationes de Sanctiss. Sacra-  
mento Eucharistiae, ad animos eorum  
inflammandos, qui frequentius  
communicant.*

**R** I M O Considera, quo  
animo esses, si te nunc  
Princeps aliquis, nunc  
Rex, nunc Caesar inuisce-  
ret: imò si venirent ad te  
angeli, nunc hic, nunc  
ille. Quid ergo dices, si visitet te om-  
nipotens D E V S, Rex Regum & An-  
gelorum? quomodo non obstupes-  
ces? non exilies præ gaudio, & exclama-  
bis cum S. Elisabeth: Luc. 1. Vnde hoc mi-  
hi, ut veniat mater Domini mei ad me? Et  
cum S. Zacharia: Benedictus Dominus  
Deus Israhel, quia visitavit, & fecit redem-  
ptionem plebis suae, Et cum Beatissima

B

Vir-



Virgine : *Magnificat anima mea Dominum. Et exultavit spiritus meus, in Deo salutari meo.* Si enim Regina Saba sic gaudita est, sic stupuit cum aulam Salomonis aptissimè disposita vidisset: 3. Reg. 10.

¶ qua non lætitia afficietur, qui huic interest visitationi? Magos stellæ aspectus, qua ad præsepe ducebantur, tam ingenti affecit gaudio, *Matt. 2.* quanto ergo afficiatur, qui se visendi causa intelligit aduentare Deum cum omni suo cœlesti comitatu?

2. Considera, te hominem quantumvis vilem & abiectum, nobilissimam Christi Dei & hominis, imò omnium Sanctorum in cœlo agentium præsentia honorari. A magno Principe magnū donum accipere, valde honorificum est. Quam ergo honorificum erit, si omnium Principum maximus, primò in propria persona veniat, deinde pro dono non aurum det, vel gemmas, sed thesaurum omnium thesaurorum, seipsum, corpus & sanguinem suum, animam & diuinitatem? Quid verò magis dignū vel stupore, vel gaudio, vel perpetua gratiarum actione? Obstupuit propheta Daniel, cum per Abacuc Deus illi cibum in lacum leonum mitteret: quanto magis ego, qui



## COMMVMIONE.

3

qui in hoc mundo, lacu leonum infer-  
nalium, panem Angelorum, ipsam  
CHRISTI carnem, per manum Sa-  
cerdotis accipere possum.

3. Considera, te, dum communicas, fie-  
ri templum viuum Spiritus sancti, &  
circumdari infinito Angelorū nume-  
ro, canentiū: SANC TVS, SANC TVS,  
SANC TVS. *Apo. 4.* O vtinam eos vide-  
re? vtinam canentes audire possis? Sum-  
ma lætitia perfundebar Rex Salomon  
cū videret structuram templi Hiero-  
solymitani absolutam, quanta ergo  
perfunderis tu lætitia, si consideres ac  
per communionem factū ipsum Tem-  
plum Dei?

4 Considera, te, dum communicas, fie-  
ri tabernaculum sanctissimæ Trinita-  
tis, recipiendo in animā & corpus tuū,  
Patrem, Filium, & Spiritum sanctum,  
ac proinde fieri te quasi lucidissimum  
cælum, in quo Deus Creator cæli & ter-  
ræ continetur: an non hoc mirabile est?

5 Considera, te fieri Matrē DEI, Spon-  
sam IESV, fratrem CHRISTI, imò B.  
Virginis filium: quoties enim commu-  
nicas, gignis in te Christū, & gigneris à  
Christo, quia corpus & animā tuam in  
suam carnem transformat: ample-  
cteris CHRISTVM, sed longè no-

B 2

Illiori



4 DE FREQUENT.

biliori modo, quàm senex ille Symeon.  
*Luc. 2.* O gratiam singularem & eximiam?

6. Considera, te fieri quasi Reliquarium CHRISTI Domini Nostri. Certè si quis te donaret pulchra & pretiosa reliquiarum theca, quantum eum amares? quantas gratias ageres? quantum tibi placeres? Quid ergo dicere, quid agere debet, qui considerat se per communionem crebram factum Reliquarium totius sanguinis Christi, sanctissimæq; humanitatis eius?

7. Considera, carnem tuā, dum comunicas, tangi à benedicta carne Christi. Si Christus ut olim ab Apostolis, forma viscerum nunc videri posset, pro magna gratia reciperes, si eum tangere, si manu eius osculari, si simbriam vestis attingere posses: Quid ergo dicere debes, dum quotidie non solum tangere, sed ore etiam sumere pōtes carnē Christi non mortalem & passibilem, ut Apostoli, sed immortalem, impassibilem, & gloriosam?

8. Considera, te, dum crebrò comunicas, fieri sepulchrum viuum CHRISTI viventis. Si præsens fuisses, dum Christus est de cruce depositus, & Saluatorem eum tuum esse credidisses, certè la-



## COMMUNIONE.

tē laborasses corpus eius diuinissimum in domum tuam recipere. Et si iam sanctum eius sepulchrum habere domi tuæ posses magno honore te affectum putares. At in Eucharistia potes quotidie recipere non mortuum, sed viuū Christum, & ex corpore tuo & anima facere sepulchrum Christi viuētis, in quo nō tantū quadraginta horis, vt in illo lapide, sed in perpetuum quiescat.

9. Considera, te dum cōmunicas, fieri hospitem Christi. S. Christus, cū adhuc degeret in terra, vel semel in domum tuam diuertisset, quā te beatum reputauisses, quā exultasses? Quanto beatior nunc es, cū, quoties volueris, hospitem hunc non in domum, sed in corpus & animam tuam, eumq; totum, immortalem, pulchrum & gloriosum recipere valeas?

10. Considera, te, dum communicas, fieri Paradisum cōlestem. Vbi enim DEVS est, ibi & Paradisus est. Itaque, quoties sacram mensam accedis, cogita te audire Christum non mortalem, non crucifixum, sed gloriosum, dicentem: *Fili mi, hodie mecum eris in Paradiso.* Quotiescunq; ergo mœstus es & afflictus, dic animæ tuæ. Anima mea habet patientiam, nam cras, vel breui, in S.

B 3 Com.



6 DE FREQUENT.

Communionem veniemus ad paradisum  
Vbicunque enim Christus est, ibi & Pa-  
radisus est.

17. Considera, te ex crebra Commu-  
nionem fieri aulicū De mini Dei, asside-  
re mensæ regiae, vesci epulo pretiosiss.  
carnis & sanguin. Dominici. Si Chri-  
stus dū esset in terris, vel semel te mensæ  
suae adhibuisset, putasles te beatissimū.  
Quanto beator pūces, cū non mo-  
do mensæ eius adhiberis, sed etiam pre-  
tioso eius corpore vesceris. Nulla vn-  
quam mater inuenta est, quæ carne sua  
paverit proprium filium. At Deus in  
hac mensa proprii filij sui carnem man-  
ducandam apponit.

22. Considera, Deum tibi & cuius alie-  
ri communicanti, sæpè plura & maiora  
beneficia spiritualia præstare, quàm vl-  
li vnquam creaturæ in hoc mundo præ-  
stitit. Nam dum carnem & sanguinē  
filij sui carissimi nobis largitur, simul  
etiam omnia merita beneficia effusio-  
ne pretiosi sanguinis acquisita largitur.  
Quare non dubium est, nos omnium  
creaturarum, quæ in mundo sunt fœli-  
cissimos, dicereque nos posse. *Non fecit  
taliter omninationi Psal. 147* Quot enim  
sunt Duces, quot Principes, quot Reges,  
quibus nō contigit tanta gratia, fauor,  
fœlicitas.

13. Con-



COMMUNIONE. 7

13. Considera, te quoties corpus Domini sumis, os applicare lateri Christi, & sanguinem eius pretiosissimum exsurgere, ut loquitur B. CHRYSOSTOMVS, ac proinde participem fieri meritorum & spiritus Christi, omniumque virtutum. Quemadmodum enim, qui cibum sumit, eum sibi proprium facit, & in carnem suam conuertit: sic qui Christum in Eucharistia sumit, eum sibi, eiusque bona & dona sibi propria facit, & se in carnem eius conuertit. Vnde fit etiam, ut Pater coelestis iisdem paternis & clementibus oculis quibus Christum respicit tanquam filium, iisdem nos quoque respiciat tanquam filij sui membra. Atque vti Patriarcha Iacob indutus vestibus fratris sui primogeniti Gen. 27. benedictiones primogeniti maximas accepit, sic nos in communione induiti carne Christi maximas à Deo benedictiones spirituales recipimus.

14. Considera Christum, velut ex amore infinito hoc Sacramentum instituit, ita ex infinito amore quotidie se nobis tradere in hoc Sacramento. Si munus licet exiguum pauperi, tamen magna beneuolentia, a viro principe detur, grauissimum est, & magno in pretio habetur. Quanto gratus, maioreque

B 4 in



## DE FREQUENT.

in pretio haberi debet munus, quod nobis datur in hoc Sacramento, prorsus immensum & infinitum, ex amore in nos infinito, à principe infinitæ dignitatis. Quis enim dat? nisi Deus? quid datur nisi Deus? imo, quis inuitat ad hanc mensam, quis præparat, quis ministrat huic mensæ nisi DEVS?

15. Considera, Christum, vt hæc dona nobis largiri posset, totum suum nobis donasse Sanguinem. Et vt cumularer nos omnibus bonis, sustinuisse omnis generis mala; vt daret vitam, perpeßum esse mortem. Cum Iudæi præpararent omnia tormenta quæ possent reperiri in mundo, ille præparabat nobis omnes delicias quæ possent reperiri in cælo. Cum præparata essent virgæ, spinæ, fel, acetum, cæx, contumeliæ, cæterarumq; pœnarum torrens; ille parabat nobis delicias, honores, solatia maxima in cælo. Latroni enim dixit. *Hodie mecum eris in Paradiso. Luc. 23.*

16. Considera, quot millibus hominū in hoc mundo ignotus sit hic thesaurus; & vt notus sit multis, quàm paucis insit desiderium frequentandi illum. Et vt desiderium insit, deest tamen opportunitas. Et vt adsit opportunitas; tamen ea vti non permittantur; Quot sunt in  
Ger.



## COMMUNIONE.

Germania, Gallia, Anglia, alijsq; regionibus, qui optarent vel micas de mensa Domini colligere, & occasio nō datur?

Quot reputarent se beatos, si vel in mense semel possēt esse cōiue Christi?

Quot religiosi & monialibus potestas sēpē communicandi adempta est?

Quare meritō dicere possumus. *Psal. 119.*

*Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Quid rependam pro tanto beneficio?*

*Calicem Salutaris accipiam libenter; & quemcunq; calicem, quantumvis amarum; inuocabo nomen eius, &*

*dulcescet in ore meo. Vota mea reddam illi, omnibus vanitatibus & pompis*

*huius saeculi, sicut in baptismo promisi, renuntiabo, paratus etiam mori, si*

*opus sit, pro Christo meo. Nam*

*pretiosa in conspectu Domini*

*mors Sanctorum*

*eius.*

B. S.

P. I. E.



PIAE ADMONITIONES  
PRO DIGNA AD HOC SA-  
cramentum præparatione, respondentes Con-  
siderationibus: sic ut prima admonitio, pri-  
ma Considerationi, 2. secunda, & sic  
deinceps respondeat.

1. CUM toties, quoties communicas,  
visiteris à Deo; meritò quoque nun-  
cium remittere debes vanis huius mun-  
di visitationibus: non visitare amplius  
tabernas, non vana circulatorum spe-  
ctacula, non saltationes nuptiales: so-  
cietatem omnem vanorum iuuenum  
fugere, vanis cogitationibus, desiderijs,  
amoribus valedicere, sedulò autem cor  
tuum custodire, Deum q; orare, ut quan-  
do vis esse animo collecto, ita eiciat è  
corde tuo omnes vanitates, sicut Chri-  
stus è templo eiecit omnes vendentes  
& ementes, Ioan. 2.

2. Cum tanto honore per S. Commu-  
nionem afficiaris, omnes huius mundi  
honores meritò debes contemnere; ut  
possis dicere cum S. Paulo *Mihi mundus  
crucifixus est, & ego mundo* Gal. 6. Cur e-  
nim magnificat honores huius mudi,  
qui videt se in tanto honore & aestima-  
tione esse apud Deum, Angelos, & sanctos  
omnes? Id perpèdentes olim Sancti, de-  
sidera-



siderabant haberi stulti in hoc mundo.

3. Quemadmodum Templum semper debet esse mundum, nitidum & ornatum; sic cogita debere esse tuum cor, quod est Templum Dei, in quo semper debes Deum laudare & glorificare, omnibusque cogitationibus turpibus, & desideriis pravis dicere. *Domus mea, domus orationis est. Marc. 11. & Templum Dei, vos autem vultis eam facere speluncam latronum.*

4. Homo sæpè communicans fit Tabernaculum SS. Trinitatis. Vt ergo tabernaculum diligenter ab omnibus foribus solet purgari, & contra fures & bestias custodiri; sic multo magis anima & corpus nostrum ab omni immunditia debet expurgari, & contra tentationes dæmonis, mundi & carnis muniti.

5. Cum, quoties communicas, fias quasi MATER DEI, desiderare quoque & operam dare debes, vt imiteris virtutes Matris Dei, & imprimis perfectissimam illam resignationem sui, suarumque rerum in manus Dei, vt possis cum ea dicere, quoties sacrum Domini corpus es recepturus. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Luc. 1.* Quibus verbis ex corde prolatis illa continuo facta est MATER DEI.

B 6 . Et.



6. Etsi anima tua per communionem fit THECA reliquiarum Corporis & Sanguinis Domini, quæ omnes sanctorum reliquias longissimè excedunt, meritò danda à te opera est, vt thecam animæ tuæ nullis sordibus peccatorum polluas, sed potius fulgenti auro caritatis, & argento castitatis, omniumq; donorum spiritualium gemmis & margaritis ornes, Quia non ignores eius salutem omnibus huius mundi opibus anteponendam.

7. Cumque anima tua in communionem qualibet à benedicta Christi carne tangatur, æquum est, vt eam quoque per Christum conserues, per Christum pascas & nutrias, & propter Christum ames, neque permittas, vt ab vlllo alio malè attingatur, cogitans eam non esse aliud, quam sacrum calicem, vel aliam rem consecratam, quam nemo attingere audet.

8. Vti sepulchrum Christi D. N. nouum erat & mundum; munda quoque & pura esse anima nostra debet, dum communicamus. Corpus Christi inuolutum fuit in Syndone munda, Corpus idem Christi à Sacerdote in altari deponitur in corporali mundo. Hostia ipsa munda & candida est. Et Sacerdos Missam.



## COMMUNIONE. 13

Missam factur<sup>us</sup> bis ablu<sup>it</sup> manus, ut intelligamus quanta puritate & nitore cōscientiæ recipiendus sit Christus in hoc Sacramento.

9. Debes ut hospēs recipere cum magna spiritus lætitia Dominum & Creatorem tuum, non respiciendo imperfectiones proprias, sed immensam eius quem hospicio suscipis bonitatem. Diuerit enim ille ad te, & defect<sup>us</sup> nostros suppleat, infirmitatem sanet, paupertatem locupletet, & hospitium animę nostrę omnigenere bonorum spiritualium instruat.

10. Sicut in Paradiso Deus perfectē diligitur, eiusque voluntas integrē perficitur, & sola Dei gloria queritur: sic homo sæpē cōmunicans, cum fiat quasi Paradisus Dei, operam dare debet, ut, quoad potest, perfectissimē Deum diligat, eiusque sanctę voluntati se in omnibus conformet, ac in omni re, loco, tempore, solam diuinam gloriam querat, propriam autem negligat & cōtemnat, dicens cum regio propheta, *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Psal. 113.*

11. Aulicus factus es Dei, & conuiuia cæli? Vide ergo quā debeas esse humilis, mundus, v̄ergundus, virtutum stu-

B 7 dio.



diolus. Si enim quotidie ad conuiuium à varijs Principibus inuitare, quantū laborares, ne compareres coram eis, nisi comptissimus, nullum in facie næuum, nullam in veste maculam, nullum ornamentum vilius tolerares, quanto magis id hic faciendum est?

12. Cum Deus quotidie tibi communicati nouam beneuolentiam & fauorem declararet, nouis beneficijs, gratijs & honoribus ornaret: nouis meritis, solatijs, aliisque donis spiritualibus locupletet: quid restat? nisi vt vicissim eū semper magis magisque ames, laudes, magnifices, totumque te ei, quantus quantus es tradas & cōsecres, atq; omnes tuas cogitationes & actiones ad maiorem eius gloriam referas.

13. Si quoties ad Sacram mensam accedis, os tuum ad latus Christi admoues vt pretiosissimum succum sanguinis inde haurias, quantam deinceps oris & linguæ curam habere debes? quo studio frenare, ne vana & immunda verba effutiat: qua diligentia exercere vt in prædicando Christi sanguine & commemorandis Dei beneficijs occupetur, & clamet cum Apostolo. *Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* Gal. 6.

14. Si



# COMMUNIONE. 15

14. Si verò ex infinito quodam amore seipsum nobis reliquit in hoc Sacramento, cur non vicissim recipiamus eum? si possibile esset, cum amore infinito? reddendo ei pro amore amorē, pro gratitudine gratitudinē. Recipiamus saltem eum, ut impleat nos infinito amore, & caritate vera, quæ est vestis nuptialis nostra, ut semper nuptiis huius sacrae mensæ dignè interesse, & hunc de v m amoris omniūq; bonorū recipere mereamur.

15. Si Christus ut pretiosam hanc, angelici panis buccellam nobis daret, profundere etiam sanguinem suum voluit, simulque mandavit, ut totum eius sanguinem in Eucharistia sumeremus: cur non debeamus quoque nos, vel semel communicando, totum nostrū sanguinem pro Christo profundere? cur non reddamus sanguinem pro sanguine? nocentem pro innocenti? malū pro bono? cur non toto corde optemus eum effundere pro tam dulci & amabili Salvatore?

16. Si denique nobis dedit, quod tot hominibus negavit, & quotidie negat, quantas debemus pro singulari beneficio agere gratias? Et quoniam minus dignas reddere possumus, hoc plaris debemus hoc Sacramentum facere, & sa-  
pius



pius frequentare, vt ipſemet ſibi in nobis, & per nos eas reddat gratias, quas nos reddere deberemus.

MEDITATIONES  
IN SYMBOLVM APOSTOLICVM ACCOMMODATÆ  
Communicantibus.

1. Credo in Deum Patrem omnipotentem.

Si ille omnipotens, ergò poteſt; ſi eſt Deus, ergò nouit; ſi eſt Pater, ergò vult iuuare nos in omni neceſſitate, conſolari in omni tribulatione, & omnia peccata noſtra condonare, ſemper nos tenet amplexando, & ſuo corpore & ſanguine paſcendo, quemadmodum fecit filio prodigo, cùm rediret ad Patrē bonum, Patrē dulcem, Patrem amabilem.

2. Creatorem Coeli et terræ.

Quare creauit cælum & terram, niſi pro me? Et quando creauit pro me? cùm nondum natus eſſem, cùm nihil eſſem. Per quid creauit? Per infinitum ſuum amorem, & vt eo ſemper fruere in cælo. Si igitur tam dulcem mei memoriam habuit antequam eſſem, nunc ne mei obliuiſcitur? Amauime antequam eſſem,



COMMUNIONE. 17

sem, sciens qualis essem futurus, & iam postquā creauit me, odio me prosequetur? Estne hæc Dei natura?

3. **ET IN IESVM CHRISTVM**  
*filium eius unicum Dominum nostrum.*

Iesus, idem est, quod Saluator, quia ille nos saluauit. Quem? me. cum tamen sciret qualis essem futurus, ingratus, peruersus, rebellis, nequam. A quo? à morte, dæmone, inferno & peccato. Per quid? per solam suam bonitatem, solam pietatem, solum amorē. Quando? cum nondum essem natus. Quomodo? Sanguine copioso, dolore intenso, & morte crudeli. Quomodo ergo non sperabo in hunc unicum Dominum, qui pro me ferro indignissimo saluando tanta fecit?

4. **QUI CONCEPTVS EST**  
*de spiritu sancto.*

Propter me & meam salutem descendit de cælo, vbi ministrabant ei Angeli & Archangeli cum tota cælesti curia, & pro me voluit incarnari & nouem mē-sibus in utero B. Virginis quasi incarcerationi.

5. **NATVS EX MARIA**  
*virgine.*

Propter me & meam salutem, natus est in Bethlehem. Et quo in loco? In stabulo.



bulo. Quo tempore? in hyeme, & recl-  
natus fuit in præsepio. Vbi opus habuit  
fœno, & anhelitu animalium, per quem  
omnia facta s̄nt. Ioan. 1.

6. *PASSVS SVB PONTIO PILATO.*

Quis? filius Dei. Quomodo? flagella in-  
numerabilia, contumelias inauditas,  
dolores incredibiles. Pro quibus? pro  
me, quia sciebat, quàm ingratus essem  
futurus. A quibus? Ab hominibus vi-  
lissimis & crudelissimis. Quare? Pro  
mea Salute.

7. *CRVCIFIXVS.*

Pro me est crucifixus. Quis? Filius DEI.  
Cum quibus? in medio duorum latro-  
num. Vbi? In monte Caluarie, infami  
& foedo. Quo tempore? cum totus mū-  
dus irret Herosolimam. Quo modo?  
Nudus omnium ludibrijs expositus. O  
spectaculum verè miserabile!

8. *MORTVVS.*

Mortuus est pro siti, vt nos inebriaret  
suo sanguine. Perdidit vitam suam, vt  
nobis daret vitam, is qui omnibus dat  
vitam, ô anima! quid cogitas? quid di-  
cis? quid respondes ad hæc?

9. *ET SEPVLTVS.*

Propter me voluit corpus suum fieri ca-  
daver. O res stupenda! Et quadraginta  
horis permanere in sepulchro, ô rem  
dictu mirabilem!

10. *DE-*



COMMUNIONE. 19

10. DESCENDIT AD INFEROS.

propter me, meamque salutem descendit ad infernum, ut me liberaret ex illo. O quoties iuisssem ad infernum, si ille non me retinisset, o quoties sua potenti manu me extraxit ex eo?

11. TERTIA DIE RESURRE-  
*xit à mortuis.*

Propter me, meamque salutem tertio die resuscitatus est à morte, agendo cum suis paucis fidelibus amicis, consolando eos, comedendo cum illis, ostendendo illis sacrum suum corpus, nulla habita ratione præteritæ offensæ, denique omnibus modis solando & confortando illos, cum tamen eorum opera non egeret.

12. ASCENDIT AD COELOS.

Propter me meamque salutem, ascendit in celum, accepturus pro me possessionem paradisi, ubi me exspectat cum incredibili desiderio, cum tota cœlesti curia: ut sine timore in æternum frui possim Sanctiss. Trinitate conuersari cum beatissimis nobilissimisque spiritibus, & temper abundare gaudio, pace, & iubilo. Atque hac de causa fecit nos, & in Sanctissimo Sacramento præsens adesse voluit nobis miseris creaturis.

13. SEDET AD DEXTERAM

*Dei Patris.*

PRO-



20 DE FREQUENT.

Propter nos & nostram salutem sedet ad dexteram Patris, habendo continuam nostri memoriam. Memoria dulcis, memoria sancta, memoria salutifera, semper interpellans pro nobis continenter apud Patrem. Quid verò impetrat? pacem, reconciliationem, & peccatorum remissionem. Pro nobis continuè suas cicatrices ostendit æterno Patri, eique offert, sanguinē, vitam, & mortem suam. Mater verò pro nobis monstrat filio suo pectus, quo eum lactavit; filius monstrat Patri vulnera, eorumque cicatrices. Quid filius potest negare matri, & Pater filio?

14. INDE VENTVRVS EST  
*iudicare vivos & mortuos.*

Propter nos & gloriam nostram, veniet gloriosus in die iudicii, vt laudet nos in præsentia totius mundi, & in summa gloria eucat nos gloriosos in cæleste regnum; vt exaltet eos, qui hic fuerunt humiliati, vt glorificet, qui hic contempserunt propriam gloriam.

15 Credo in SPIRITVM  
*sanctum.*

Propter nos & nostram salutem misit Spiritum Sanctum, spiritum amoris, spiritum pacis, spiritum pietatis, suauitatis & omnis consolationis, vt semper  
cum



# COMMVNIONE. 21

cum amaremus, semper lætaremur,  
semper cum eo vniti essemus suauissi-  
mo amoris vinculo, & essemus sancti,  
& sicut sancti Patris filij. Pleni etiā Spi-  
ritu sancto, semper sancte viueremus. ac  
deniq; in celo in omnium angelorū so-  
cietate cantare possemus, S A N C T V S,  
S A N C T V S, S A N C T V S. *Apoc. 4.*

## 16. S A N C T A M E C C L E S I A M

*Catholicam.*

Propter nos, & quisque dicere potest  
propter me & meam salutem, fecit San-  
ctam Ecclesiam Catholicā, quæ vt ma-  
ter me dulcissimo lacte verbi Dei abla-  
ctaret, & sanctis. Sacramentis pasceret,  
& nunc in hac re, nunc in illa, nunc hoc  
modo, nunc alio me excitaret ad an-  
dum, laudandum, sibi que seruiendum,  
vt tandem cum eo regnare possem.

## 17. S A N C T O R V M C O M M V - nionem.

Propter me permisit sanctos fatigari,  
mortificari, & affligi, vt me meritorum  
eorum faceret participem, eaq; vt mea  
propria semper æterno Patri offerre  
possem, de que solum merita Sanctorū,  
verum etiam vt merita sancti Sanctorū,  
velut hæreditatem meam & patrimo-  
nium meum, & rem meam propriam  
offerrem eidem æterno Patri.

13. R. E.



## 18. REMISSIONEM PECCATORVM.

Propter me, inter alia, instituit Sacramentum Pœnitentiæ, vt semper habeam modum purgandi me ab omnibus peccatis, & in gratia eius perseuerandi. Et propter hoc ille natus est, vixit, mortuus est & sepultus, descendit ad inferos, resurrexit & in cælum ascendit.

## 19. CARNIS RESURRECTIONEM.

Propter me meamque gloriam & consolationem, resuscitabit carnem meam, vt sicut cum ea seruiui Deo, sic cum eadem semper perfruar in cœlo. O foelicem illum, qui in hoc mundo carnem suam castigat! vt possit semper regnare in cœlo!

## 20. VITAM ÆTERNAM AMEN.

Propter me fecit vitam æternam. Propter eandem & me creauit, me redemit, me vocauit, me iustificauit, & magnificauit, vt simul cum eo gaudeam in Regno ipsius, in Regno pacis æternæ, gaudij æterni, & quietis æternæ, ac simul cum illis beatissimis spiritibus laudem in cœlo, diuinam suam maiestatem in sæcula sæculorum Amen

Sic fiat.

MEDI-



MEDITATIO VEL  
ORATIO IN DOMINICAM  
ORATIONEM ACCOMMODA-  
ta ad Communican-  
tes.

**O**MNIPOTENS ſēpiterne Deus  
immensas gratias ago, quod mihi  
animum & opportunitatem dederis to-  
ties recipiendi, ſanctiſſimum tuum cor-  
pus, animam & diuinitatem in ſanctiſs.  
Sacramento, quid ego miſer rependā  
pro hoc tanto beneficio? Si haberem  
mille mundos, & omnes tui amore re-  
linquerem, an ideo poſſem ſatisfacere  
tibi, vel pro vna vice quate recipio? Si  
haberem mille vitas, imo quotquot  
principio mundi fuerunt hucusq; , ac  
omnes pro te exponerem morti, num  
poſſem rependere vtiſquam hoc benefi-  
cium? Vocasti me ad rem tam honori-  
ficam & nobilem, cū eſſem vilis & in-  
digniſſimus, alioſque multos præteriſ-  
ſti, qui tibi gratiores fuiſſent. Præparaſti  
pro me omnia neceſſaria, vt ſæpè his nu-  
ptijs ſanctis poſſem intereſſe. Abſint  
ergo in poſterum impedimenta omnia,  
recedat timor & anxietas; pudor & ve-  
recundia huius mundi euaneſcat, &  
quicquid peccata meā afferre ſolent.

P A T E R



**Q**uare, quaeso, anima mea non semper gratias agat, non semper benedicat, non semper de te cogitet, non semper te laudet? cum venias ad me toties tanquam Pater, & venias, ut me diuorem reddas, ut gratia tua, omnibusque celestibus bonis repleas? Quid vis mi Pater, ut petam à te, ego tam malus filius? Ecce peto à te verum Spiritum Filij, ut sine ullo timore seruii, cum multa fiducia te recipiam in sanctissimo Sacramento.

ⓐ **Q**UI ES IN COELIS.

Fac ut sim purissimum, lucidissimum, & castissimum quoddam cælum, quando te recepero, qui creasti cælum, & omnia quæ in eo sunt. Da mihi gustum aliquem eius voluptatis & foelicitatis, qua Sancti omnes iam tecum fruuntur in cælo, ut in posterum non terrena, in cibis terrenis, sed cælestia in hoc cibo cælesti quærere possim.

**S**ANCTIFICETVR NO-  
men tuum.

Da mihi gratiam tuam, ut dignas laudes, & gratiarum actiones pro hoc beneficio referam, ut sanctificem nomen tuum, & laudem; ut bonitatem, & maiestatem tuam omnibus qui te ignorant annun-



COMMUNIONE. 25

annunciem, ut in omnibus actionibus  
meis gloriam non meam, sed tuam quaeram.

**ADVENIAT REGNUM TVVM.**

**REGNA** semper in corde meo quod  
ego hodie pro liberalissimo dono tibi  
offero. Non regnet in eo Dæmon vel  
spiritus immundus, non mea foetida ca-  
ro, quæ semper pugnat aduersus spiri-  
tum, non amor mundi inimicus vester,  
multò minus autem peccatum, quod  
solum te fecit agi in cruce.

**FIAT VOLUNTAS TVA, SI-**  
*cut in calo, & in terra.*

**DOCE** me Domine ut faciam san-  
ctam voluntatem tuam, in omni loco,  
omni tempore, in omni negotio, la-  
criter, pròptèr, hilariter & delectabiliter,  
sicut faciunt eam omnes dilecti tui, an-  
geli, & Sancti tui homines in cælo.

**PANEM NOSTRVM QVOTI-**  
*dianum da nobis hodie.*

**PETRO** à te suppliciter ardentissimum  
desiderium erga hoc sanctissimum Sa-  
cramentum, erga verum panem Ange-  
rum. Peto continuum eius gustum: pe-  
to cor mundum ad recipiendum, lin-  
guam mundam ad tangendum, mini-  
strum promptum & facilem ad dandū,  
& intentionem rectam ad illū conser-  
uandum.

C

ET



ET DIMITTE NOBIS DEBI

*ta nostra, sicut & nos dimittimus  
debitoribus nostris.*

DA mihi remissionem omnium peccatorum meorum, odiumque eorum & promptitudinē ad facile condonandum, amore tui omnes iniurias mihi illatas.

ET NE NOS INDUCAS IN  
*tentationem.*

CONTERE præsentia tua Satanam sub pedibus nostris, ne tentationibus eius, vel assentiar deceptus, vel cedam afflictus: da mihi gratiam, ut tam in adversis, quam in prosperis æquitatem & constantiam a tui conservare valeam.

SED LIBERA NOS A MALO.

*Amen.*

LIBERA nos ab omnibus peccatis & malis, ut omnibus horis paratus esse possim, te in hoc Sacramento recipere, & divinam vestram Maiestatem laudare per infinita sæcula sæculorum, Amen.

MEDI-



MEDITATIO DE SALVTA-  
tione Angelica, accommodata  
ad Communicantes.

**P**IE credi potest Angelum custo-  
dent alloqui Animam eius, qui  
sæpè Panem Angelorum sumit, ijs  
verbis, quibus Angelus Gabriel allocu-  
tus est Virginem Mariam salutando e-  
am, & magna cum reuerentia & suavi-  
tate dicendo: A v e, hoc est, sine v æ n e. *Lnc. i.*  
pe sine peccato. Nam per aduentum  
Domini in SS. Sacramento, remittun-  
tur ei omnia peccata venialia præterita,  
ac præsentia etiam mortalia occulta,  
quorum non meminit, vel de quibus  
non habuit sufficientem contritionem:  
gratiam quoque accipit ea in posterum  
non committendi.

GRATIA PLENA.

**N**ON N E plena est gratia anima illa,  
quæ toties recipit auctorem gratiæ? fontem  
omnis gratiæ? & eum, qui euacuare vo-  
luit omnes venas suas sanguine, ad im-  
plendum eam gratia? qui imprimis ad  
hoc in mundum venit, vt totam com-  
pleret gratia, qui cōtinenter ei astat, &  
corpulsat, vt ditet illud sua gratia, di-

C 2 cendo



cendo ad illam. Filia da mihi cor tuum, multisq; modis orando, & varijs modis vrgendo, vñ abundantem gratiam ab se postulet. Non alia de causa ad mēsam angelorum accedit, quam vt impleatur cœlesti gratia, cū hoc Sacramentum vocetur Eucharistia, hoc est, bona gratia.

### DOMINVS TECVM.

NONNE habet Dominum secum anima illa, quę toties recipit Patrem, Filium, & Spiritum sanctum in hoc Sacramento? Nonne habet Deum secum, qui toties recipit humanitatem & diuinitatē Christi benedicti? Nonne habet Dominum secum illa, quę hospitio recipit Christum, eum quē sepelit in corde suo, & recipit in Sanctissimo Sacramento?

### BENEDICTA TV IN MULIERIBUS.

NONNE potest vocari benedicta, foelix, & verè beata anima illa, quę toties à Deo visitatur, toties diuina præsencia honoratur, & facta est, quasi Mater Dei, ac Templum Spiritus sancti? Tabernaculum Sanctiss. Trinitatis. Reliquarium sanguinis Christi, quę facta est sola manu Dei, & pascitur carne Filij Dei?

ET



ET BENEDICTVS FRVCTVS  
*ventris tui Iesus.*

Hæc quoque verba suo quodam modo illi conueniunt. Benedictum enim est os, quod recipit hunc benedictum fructum I E S U M. Benedictus venter, qui eundem portat & retinet. Benedicta memoria, quæ eius recordatur. Benedictus intellectus, qui de eo cogitat. Benedictum cor, quod eum amat, ex quo procedunt cogitationes castæ, desideria sancta, amores cœlestes, & fructus diuini.

SANCTA MARIA MATER  
*Dei, &c.*

Nocari potest anima illa, Sancta, & Mater Dei, quæ, dum communicat, recipit Sanctum Sanctorum, eundemq; in se portat, quem Beatissima Virgo portauit.

QVA SVAVITATE  
ET INDVLGENTIA, CVM  
TALI ANIMA, CONVENIEN-  
ter verbis orationis Dominicæ,  
Pater cœlestis a-  
gat.

ANIMA mea quæ sæpè sis parti-  
iceps Sanctissimi Sacramenti, sæ-  
pè



pè recipis Patrē misericordiarū, securè  
potes & debes, tanquam filia dilectissi-  
ma & gratissima, ad Deum velut ad Pa-  
trem accurrere: non ab illo fugere, quā-  
do nec à te fugit. Neque verò finge tibi  
illum austerum, sævum, & terribilem,  
sed suavissimum, amantissimum indul-  
gentissimumque Patrem: experiris e-  
nim indies ipsius liberalissimam mis-  
ericordiam, suavitatem immensam, in-  
credibilem benevolentiam. Atq; ideo  
appellare eum debes, *Patrem nostrū*, &  
postulare omnes gratias, quæ in oratio-  
ne Dominica continentur, offerendo  
illi illam quasi supplicationem: deinde  
audi, quid Deus tibi respondeat, nempe:  
*Confide filia, remittuntur tibi peccata tua.*  
O filia, non ancilla, confide, quia om-  
nia peccata tua tibi remissi, omnia dele-  
ui, omnia condonaui. An ignoras, quò  
lux tendit, ibi fugari tenebras? quò vita,  
fugere mortem? quò ingreditur Deus,  
dæmonem cum peccato evanescere?  
Nescis stabulum, in quo natus sum, con-  
uersum in paradisum? desertum in quo  
vixi in domicilium Sanctorum? crucē  
tamto perē honoratam, sepulchrum fa-  
ctum tam gloriosum? Et quare mihi  
placuisset hodie versari tecum, nisi quia  
tu es deliciae meae, vt redderem te  
in



in meo conspectu gratiosam, vt darem  
 tibi spiritū filiæ? Et si tanquam filia me  
 recipis, & tanquam filia te conspectui  
 meo sistis magna cū fiducia, quare mihi  
 non debes fidere? cur trepides, vbi causa  
 nulla est trepidandi? cur anxiosa sis, si bene  
 confessa es? Aut si nescis te à me in fi-  
 liam susceptam, iam nunc accepto te  
 in filiam, & te tracto velut filiam caris-  
 simam. An ignoras me propter te con-  
 didisse cœlos? An nescis, me propter te  
 proprium filium de cœlo misisse, illum  
 quæ à puero pro te cœpisse profundere  
 & sanguinem, & lachrymas quando est  
 circumcissus; datumq; illi nomen IESV?  
 Hinc eam quotidie dieis, *Sanctificetur  
 nomen tuum.* An nescis me illum fuisse  
 seruum hominum, & te facerem regi-  
 nam cœli? possesq; dicere, *Adueniat re-  
 gnum tuum.* Num ignoras, me autore, eū  
 se humiliasse, tuiq; amore obedisse vi-  
 que ad mortem crucis, vt tu posses dice-  
 re, *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in  
 terra?* Nescis me filio meo dedisse man-  
 ducandum panem doloris, panem hor-  
 deaceū, vt tu posses semper vesci lapido  
 pane verbi mei? reliquisse itē eū propter  
 te in hoc sancto Sacramēto, vt eius car-  
 ne pascerēre, sanguine inebriarēre, ac  
 deniq; conuiua meus esses, & omni die



postulare à me posses panem quotidianum? Quomodo verò permitterem te meae mensae assidere, si essem tibi iratus, vel non amarem te, quasi carissimā filiam? An ignoras me omnia peccata tua imposuisse filij mei humeris, & me eius satisfactione optimè contentum esse, sanguinem quoque eius totum tibi reliquisse, vt omni aere alieno te solueres, ac diceres, *Dimitte nobis debita nostra?* Quem sanguinem tu recipis, quoties meum filium recipis: ratione cuius, non respicio ad peccata tua: amor siquidem non intuetur defectus: & in te non considero, quod tuum, sed potius quod meum est, non oculo iudicis, sed Patris boni & suavis. Si enim in tua peccata oculos conijcerem, qua ratione te fecissem? Feci enim te rationalem, non irrationalem, Christianam, non infidelem, Catholicam non hæreticam, non vanā, nec mundanam. Et idcirco pascō te cœlesti manna, non alijs & capis Aegypti: manna spirituali, non carnali. Nonne scis me passum esse meum filium cruci affigi propter te, & vt ignosceret illis, qui illum spoliabant bonis suis, fama & vita, vt tu quoque ignosceres inimicis tuis, & diceres, *Sicut & nos dimittimus delinquentibus nostris?* & vt tibi omnem scrupu-



scrupulum & timorem peccatorum ad-  
 merem? Nam si ego volebam igno-  
 scere inimicis meis, qui tam crude-  
 liter in conspectu meo dilectissimum  
 filium meum occiderant: ob quam  
 rem terra obstupuit & tremuit, obstu-  
 puit Sol, & obscuratus est, obstupere  
 petrae & scissae sunt, ac monumenta a-  
 perta sunt, obstupere quoque mortui,  
 & resurrexerunt: an putas me nolle i-  
 gnoscere tibi, quæ me agnas, & vis esse  
 mea? Vitam dedi inimicis, & sinam pe-  
 rire meam filiam? Filium meum volui  
 mori pro te, cum nolles esse mea, & iam  
 cum vis esse mea, obliuiscar tui? Tam li-  
 beralis & misericors fui interfectores  
 mei filij, & parcus ac seuerus ero tecum?  
 quæ toties in cor tuum suscipis meum  
 filium? Quid tandem cogitas filia mea,  
 deliciae meae, voluptas mea? Cum vana  
 adhuc esses, & tergum mihi verteres,  
 amavi te, & expectavi, toleravi, & ab in-  
 finitis periculis liberaui, bonum quæ pro  
 malo rependi: & nunc cum vis tota esse  
 mea tergum vertisti mundo, cum pec-  
 cati renunciaſti, parata potius mori,  
 quam me offendere, cum inuitas me in  
 diuersorium cordis tui, memoriam tui  
 abijciam? tibi tergum vertam, mala pro  
 bonis reddam? An latet te, quod permi-

C s serim



ferim filium meum quadraginta dies,  
 & quadraginta noctes in deserto dege-  
 re cum bestiis, ne tu ab vlla tentatione  
 vincerere, & posses dicere: *Et ne nos in-  
 ducas in tentationem?* An nescis, ad libe-  
 randum te omni incommodo, me fili-  
 um meum onerasse omnibus incom-  
 modis? quomodo ergo in mentem ve-  
 nire tibi potest, quod tibi malè velim,  
 vel non ex animo faueam? certè si tibi  
 malè vellè, te permisisssem facere, quod  
 alij faciunt: Potestne cogitare me tibi vel-  
 le aliquid mali facere, si tibi dedi me ip-  
 sum? si præteritorum memineris, intel-  
 liges quàm benè tibi voluerim, cum ef-  
 fecerim, vt pro te filius meus moreretur  
 in cruce. Si verò futura consideres, ecce  
 præparavi tibi regnum meum, vbi cum  
 desiderio expectaris à me cum tota cæ-  
 lesti curia. Estne hoc signum amoris, &  
 non malæ voluntatis? Si spectes præsen-  
 tia, ecce carne & sanguine filij mei pas-  
 ceris. Age ergo anima, depone scrupulū  
 omnem, pone omnem metum inordi-  
 natum, & sicut ego ad te venio q. amabi-  
 lis pater, sicut tu quoque veni ad me, vt  
 amabilis filia. Ecce ego te quotidie fa-  
 cio mihi lucidissimum cœlum, vt habi-  
 tē in abdito cordis tui: quo ego venio,  
 vt te efficiā purū, vt te impleā pace, fere-  
 nitate.



## COMMUNIONE.

35

nitate, iucunditate, & omni bono. Ecce  
 tibi Iesus, qui venit, vt sanet te, non vt  
 mactet: cui naturale est vt se morti tra-  
 dat, ne tradat alios. Accipe ergo illum  
 læto corde. Ecce ego venio, vt regnem  
 tecum. Si ego ero tecum, quis erit con-  
 tra te? Si ego te regam, quid tibi de erit?  
 Non sum tyrannus, neque more tyran-  
 ni accedo: sum Dominus tuus suavis &  
 mansuetus: & corde plane paterno ve-  
 nio tibi obuiā, vt recipiam te quomodo  
 recepi filium Prodigum: te consoletur,  
 quemadmodum illum consolatus sum, *LUC. 15.*  
 quando commota sunt viscera mea pa-  
 terna. Ecce notū est tibi, quid ego venio  
 lim. Voluntas mea sanctificatio tu, vi-  
 ta tua, foelicitas tua. Ecce tibi signum  
 manifestum à me: carnem suauissimi fi-  
 lij mei do tibi. Quas alias delicias ma-  
 iores tibi dare possem: quod donum be-  
 nignius: quem alterum filium? Ecce re-  
 missa tibi à me sunt peccata omnia præ-  
 terita & præsentia. An enim putas tam  
 me futurum in te liberalem, vt darem  
 tibi filiū meum, si quid esset in te quod  
 meos oculos offenderet? Ecce tibi arma  
 aduersus omnes tentationes, quibus te  
 tueri possis ab omni malo. Accipe igitur  
 frequenter cum intima læti-  
 tia & alacritate animi: vt mihi  
 C 6 rem



86 DE FREQUENT.

rem gratam facias : cui deliciae sunt esse tecum. Hanc enim ob rem feci te capacei mei, ut me tibi semper dare possem : neque puto me ququam tibi dare, cum meipsum non do.

QVID ANIMA PIA  
POSSIT DEO RESPON-  
DERE?

BENEDICTVS sis, Domine mi, qui mihi & voluntatem & facultatem largitus es, tam saepe fruendi sanctissimo corpore, anima & diuinitate tua, in SS. Sacramento: quid tibi pro tanto beneficio restituam? Si mille haberem mundos, atque hos omnes tui amore relinquere: potero ne vel vnius communionis liberalitati sic respondere? Si mille haberem vitas, imò verò, quot vitæ ab orbe condito fuerunt: hasque omnes pro te paratus essem amittere: possemne sic tuum beneficium æquare? Tu me Domine, vocasti ad tam sublimem & excellentem honorem, cum ego essem indigna: reliquisti autem tam multas, quæ gratiores tibi erant quàm ego. Tu fecisti, ut omnia essent aptè comparata, ut possem saepe venire ad has sanctas nuptias. Aufer à me quæso impedimē-  
ta om-



ta omnia: & nunc aufer à me timorem  
& angorem, quē mea mihi peccata ad-  
ferunt. Cur non semper anima mea tibi  
gratias agat, sēper te benedicat, semper  
te cogitet, te laudet? Et quoniam venis,  
vt pater ditissimus, ad locupletādū me,  
quid vis, vt petā à te? Ecce habeo quod  
petam. Peto ante omnia spiritum veri  
filij, vt sine timore confidenter ad te in  
hoc Sacramento accedam. Fac vt sim  
purissimum, lucidissimum, castissimū  
coelum: cū recipere debeam te, qui &  
fecisti coelum, & maximum in celo ho-  
norē habes. Da mihi gratiam, vt dignē  
te laudē, & gratias agā ob hoc beneficiū  
vt in me sanctificetur nomen tuū. Sine  
enim tua gratia nemo te dignē laudare  
potest. Regna tu semper in corde meo,  
cuius ego tibi nunc plenissimam facio  
potestatem. Non regnet in me diabolus  
spiritus immundus: non mea caro fœ-  
tida, semper inimica spiritui: non pec-  
tum, non amor mundi hostis tuus, qui  
te egit in crucem. Doce me facere vo-  
luntatem tuam semper, & vbiq̃ue, in  
rebus omnibus, promptē, alacriter, & cū  
amore, sicut fit in celo. Peto à te ar-  
dentissimum desiderium huius S. Sa-  
cramenti: suauitatem perpetuam: cor  
mundum ad illud recipiendum: linguā



puram ad tangendum: ministrū promptum ad dandum: intentionem rectam ad conseruandum.

Da mihi peccatorum omnium veniam: & odium aduersus illa: da mihi animum facilem ad omnes iniurias condonandas, pro amore tui. Arma me te ipso, vt nullus hostis meus, aut tuus mihi noceat. Libera me ab omni malo, vt singulis horis paratus sim recipere in hoc sancto Sacramento, & laudare diuinam Maiestatem tuam per infinita secula seculorum, Amen.

**EXHORTATIO AD  
HOMINEM, QUITAM SAEPE  
inuitatus est à Deo ad cœlestes epulas, ne eas inter-  
mittat.**

**Q**UAE MADMADM tenere: flosculorum plantæ, quotidie rigari assuetæ, si rigari desinant, paulatim pallescunt, & colorem amittunt: pereunte simul & odore, & sapore: ita docent viri Sancti, & quotidiana experientia fieri illis qui soliti Sacramenti huius cibo sapius nutrirī, ab eo postea abstinere.

2. Si eos Dominus accusat, qui ad ipsius nuptias contempserunt venire: quid faciet



ciet ijs, qui gustatam semel nuptiarum suauitatem repudiant?

3. Quanto est maius beneficium, quo Princeps quispiam priuatum hominem afficit: tanto maior est indignatio, si beneficium contemnitur, & pro nihilo ducitur,

4. Si Rex Assuerus repudiavit vxorem, quod ad ipsius mensam inuitata venire nollet, & aliam duxit, & à priore iubens auferri gemmas omnes, & mundum muliebrem coram se transferri iussit in alteram: quid faciet Deus illi, qui postquam ad suum conuiuium accesserit, postea tamen fastidit?

5. Si tam grauer animaduertit Deus in Eam, quod vnum pomum propter mandatum edisset, quomodo animaduertet in eos, quos cum ipsa inuitarit ad suæ mensæ delicias, quibus cum gustum dederit carnis suæ duleissimæ, in qua est vita, tamen hæc relinquunt, vt impleant se alijs & cæpis Aegypti? *Genes. 22.*

6. Si populum Israel, qui ad mannæ, suauitatem gustatam nauseabat, & coturnices postulabat, ita Deus puniuit, vt *Exod. 16.* inter cibum mortē in ipso immitteret: quid fiet ijs; qui verum manna coeleste postquam gustarunt, contemnunt? *Genes. 22.*

7. Vt Esau, cum propulte lentius pri-  
moge-



mogenituræ vendidisset, in totum vitæ tempus doloribus conflictatus est: sic pleni miserijs & angoribus reliquam vitam transigunt, qui exiguam ob rem Christum primogenitum fratrem nostrum in Sacramento contemnunt.

8. Vfus Sacramentorum certissima est ratio salutis adipiscendæ, à peccatis abstinenti, ornandi se virtutibus, vincendi omnes tentationes, insultus omnes fortiter sustinendi. Itaque qui gustatum hoc Sacramentum relinquit, relinquit rectissimam viam ad salutem, & breui tempore implebitur omni genere peccatorum.

*Cant. 1.* 9. Spōsus ad Sponsā in Canticis: *Si ignoras te inquit, opulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum.* Quasi diceret: O anima sponsa Dei, gratiosa apud Deum, quotidie visitata à Deo, si non agnoscis hanc gratiam, si non æstimas, si non curas, si pateris tibi perire, peiores gregibus brutorum animalium.

*Heb. 9.* 10. D. Paulus ad Hebræos scribens, affirmat eum, qui semel gustauerit Spiritus sancti dulcedinem, deinde eam relinquent, vix posse iterum gustare, quid fiet ergo illis, qui tantam suauitatem, tam sæpè in Sanctissimo Sacramento gustarunt, & tamen gustum illum volentes amittunt.

II. Vt



11. Vt filius prodigus, dum erat in domo patris cibi & suauitatum habebat satis, posteaquam reliquit patrem, incidit in magnas calamitates, vt panem moreretur fame: sic euenit ijs, qui dulcem victum huius Sacramenti deserunt. *Luc. 15.*

12. Vt Christus Dominus grauissimè cōqueritur de Iuda: si inquit, *inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.* Tu autem homo, qui debebas mecum dulces cibos, prodidisti me: Sic credendum grauissimè Deum offendi ingrato illorum animo, qui cum toties in ipsius mensa dulcissimum Sacramenti panem gustauerint, tandem ipso relicto ad mundum, id est, inimicum Dei se transferunt. Vt igitur illis, qui tantis quotidie à Deo beneficijs acceptis, videntur, retrò. Melius & ipsis erat, si nunquam nati fuissent. Sicut Dominus Deus volens sibi animam aliquam vnire, ac proinde & ad Sacramentorum frequentationem attrahere, omnia impedimenta conatur ab illa remouere: sic quando eam ad se attraxit, re ipsa remouet illa: quare & ipsa, cum quotidie à Deo inuitetur ad nuptias sedulo cauere debet, ne alicui rei se addicat, quæ eam impediatur. Vnde si, verbi causa, aliquem impediatur, quod nimium additus sit filiis, Deus illi tollet. *Idem*



Exod 16:

Idem dicendū de opibus, recreationib<sup>9</sup>,  
 & id genus similibus, atque in ijs faciet  
 illum maiorem sentire crucem, in qui-  
 bus cogitat se maiorem percepturum  
 voluptatem. Et hæc est vna ē maximis  
 Dei misericordijs, vt etiam coacti ad e-  
 um confugiamus. Ait Chrysost. Deum  
 esse amatorem admodum zelosum. Et  
 sicut qui amat feminam aliquam tan-  
 quam sponsam, non sustinet in amore  
 riuales: vnde si auertat sponsam in quē-  
 piam alium oculos conijcere, ac proin-  
 de eum magis amare, mox destinat illū  
 ad cædem, vt amorem omnem sponsæ  
 in se conuertat: sic Deus, cū aduertit  
 nos amorem nostrum cōuvertere in res  
 creatas, mox eas ē medio tollit. Cuius  
 rei clarū exemplū habemus in testa-  
 mēto veteri illorum, qui ē populo Dei,  
 cum contempto manna, carnes concu-  
 piissent, miserrimē sunt trucidati. Et in  
 nouo testamento eorum, qui ob nega-  
 tiones, ob emptam villam, ob ductam  
 vxorem & alias recreationes nuptias re-  
 spuerunt & malē perierunt, neq; enim  
 malum erat, aut ducere vxorem, aut vil-  
 lam emere, aut iugaboum probare, sed  
 malum erat vxoris, mariti, filiorum, o-  
 pum, honorum amorem interponere  
 amore Domini D E I, quia auocabat  
 ab

Luc. 14.



ab aditu nuptiarum Dei, hoc est, communione sanctorum Sacramentorum. Vnde liquet affectus nostros inordinatos efficere, tum vt Sacramenta non frequentemus, tum vt suauitatem illorum non sentiamus, & ideo Deus nobis offenditur.

Si Deus aperire dicat, volentem venire post se, ac proinde & videre illum ac gustare in Sacramentis sanctis, debere abnegare seipsum, tollere crucem suam, & sequi ipsum; quomodo gustabit eum, qui affixus est rebus mundi, & suae voluntati? Et si discipulus eius esse non potest, qui non odit patrem, matrem, filios, uxorem, ac insuper seipsum, quomodo poterit eius esse discipulus, qui inordinate diligit seipsum, quaerit seipsum, & nimium afficitur erga seipsum? Certe si Deus velit eum affici ad se, & venire eum sibi, necesse est, vt eum mortificet in re illa, quam inordinate amat, & qua impedit amorē diuinum. Legimus Deum B. ANGELAE de Folingio sustulisse maritum cum liberis, vt ne amorem eius erga se impedirent. Idē legitur de B. Catharina Genuēsi. De alia quoq; sancta, cū quodam die marito & tribus filiis priuaretur, eā gratias egisse Deo, eò quod deinceps occasionē haberet.



haberet diligentius ei seruiendi.

*Gen. 22.*

Propterea Deus Abrahamo, eadem filij imperauit, vt ostenderet nullum amorem diuino esse anteponendum, ne videlicet vnquā impediamus, quo minus illum amemus & accipiamus in Sacramento Hæc est vestis illa nuptialis, qua Deus ornari vult omnes, qui veniunt ad suas nuptias. Quomodo ergo ad has accedet homo coopertus amore mundi? qui cogitat excipere se in Sacramento eum, qui diuitias nequaquam amet, quare & semper fuit pauper: qui honores respuat, quare semper habitus est contemptui; qui voluptates carnis non cupiat, quare & plenus fuit dolorū, qui non amauit inordinatè parentes vt qui nec propter carissimos discipulos, nec propter matrem, quam tenerrimè, amabat, quicquam voluerit quod patendum esset, nec ipsam mortē declinare.

Excipitur in hoc Sacramento, ille, qui nudus pepēdit è cruce sublimis à terra; vt sciamus nos si ipsius esse velimus, debere esse nudos ab omnibus affectionibus inordinatis, & eminere supra amorem omnium terrenorum. Alioqui apprehēdet scilicet fl agellum, & exturbabit has res, quæ sanctum ipsius templum violant, & locum reliquiarum suarum maculant.

CON.



CONSIDERATIONES DE  
utilitate frequentationis Sacra-  
mentorum.

**Q**uemadmodum simulac Iudæi cœ-  
perunt fastidire manna cibum opti-  
mum & suauissimum, qui huius Sacra- *Exod. 16.*  
menti præferebat figuram, successit sta-  
tim appetitus alliorum & cæparum &  
carnium Aegypti: sic etiam ut primum  
cœperit radium celestis huius manna  
corporis Christi, succedunt subito re-  
rum carnalium & terrenarum cupidita-  
tes.

Ut illi dum murmurauere contra  
Moysem & Aaron, quod eos ex Aegy-  
pto eduxissent, & eò reuerti velle cœpe-  
runt: sic & isti incipiunt de Confessari-  
is conqueri, de quæ ijs qui huius boni il-  
lis auctores fuerunt: sæpè etiam optant  
nunquam hoc modo cœpisse viuere,  
cum redeunt in memoriam suarum vo-  
luptatum, quibus olim consumebant  
tempus: neque cogitant se tunc infæli-  
cissimam seruitutem seruasse Diabolo.

Ut Deus Iudæos cum murmure pre-  
cantes, tamen exaudiuit, misitque illis  
iuxta desiderium ipsorum copiam co-  
turnicum: sic Deus sæpè iuste infensus  
tam ingratis animis sinit illis euenire;  
quæ



quæ cupiunt vt paulatim intermisſo Sa-  
 cramentorum vſu, dent ſe hilaritati, vt  
 minus anxio animo ſint de peccatis,  
 quàm antè, vt denique ſuauitatis planè  
 nihil ſentiant in Sacramentis, adeoque  
 rideant frequentius communicantes.  
 Sed quemadmodum illi cùm maximè  
 coturnicibus edendis vacarent, ſubitò  
 dirumpi & mori cœperunt, tam quæ a-  
 cerbam habuerunt cœnam, antè tam  
 impudenter ſſagitatam. nam tantif-  
 per dum coturnices primum vident,  
 mirantur, captant, deplumant, coquunt,  
 guſtant, hilaritas erat; mox autem vo-  
 luptatem hanc luant acerbiffimo ſup-  
 plio. ſic & cuiusmodi hominibus eue-  
 nit. Ad extremum enim temporum illæ  
 fallaciæ & ſuauitates illæ pereunt, ipſo  
 cum dolore viuunt, cum angore mori-  
 untur. Certè enim qui ſeminat ſpinas,  
 vuas non colliget: & qui folia plantat,  
 non comedet ficus: vt in Euangelio pro-  
 nunciat Chriſtus.

Luc. 6.

QVIBVS TERRORIBVS SA-  
 than quosdam à crebra commu-  
 nione, ſoleat abſter-  
 rere.

SOLAT Diabolus, inter cæteras artes  
 ſtimorē immittere ijs, qui ſæpè com-  
 municant, vt aut vteantur, ne minus  
 rectè



# COMMVNIONE. 47

rectè confessi sint, aut vt suspicentur peccatum in eo se admisisse, vbi nullū est, aut si quod est, fingere maius, quā sit, aut si horum nihil potest efficere, vt tam sibi malè compositi, tam inepti appareant, vt sibi ipsi videantur non esse tolerabiles. Addit huc etiam, vt putent quicquid agant, id aliquem habere defectum, totamque vitam suam plenam esse huiusmodi defectum maculis.

2. Immittit hos timores ex mera inuidia, quod hos videat esse apud Deum tam gratiosos: Vti olim fœlicitas Adami effecit, vt inuidia rumperetur, nec desisteret prius quā illum eiecisset e paradiso. Itaque vnā ex duabus obtendit causam, vel eam facit, vt videantur peccata, quæ nulla sunt, aut grauiora quā sunt: vt propterea tædio Sacramentorum affecti propter suam, vt putant indignitatem, ijs abstineant: vel si id non potest, vt eorum gustatum spirituales sic occupet, rebus aduersis & perpetua tristitia, vt suauitatem Dei in hoc Sacramento non sentiant.

3. Hac etiam arte fallit Diabolus. Diffidentiam immittit animo, vt minus credant Confessario, quā debent. Id autem eò facit, vt vel amittant meritum fidei, vel vt hac occasione Confessarium



48 DE FREQUENT.

sarium labore & molestia distrahant, seu confitendo, plus quàm debeant, seu easdem res odiosè inculcādo: vel quod videat illos habē diffidentia multum amittere bonorum, & spiritualium consolationum.

4. Plerumque hæc Diabolus conatur efficere, quia isti scrupli multum imminuunt de fervore amoris in Deum. Qui enim tam anxius est, non habet Deum eo loco quo debebat potius tam sibi de Deo fingit opinionem, ut videatur Iudex esse mundanus quidam, admodum cauillosus, qui causas omnes & calumnias varijs modis inquirat, ne secundum reum iustè pronūciat. Certè enim si cognoscerent, quanto desiderio salutis ipsorum teneretur Deus, quantisque illos quotidie cumulet beneficijs, fieri non posset, ut huc tristitiæ & angoris delaberentur. Multo etiam minùs, si cogitarent, quem ipsi thesaurum, quod pignus beatitudinis gestarent in pectore, quando cor habent quod solū ad bona feratur, putetq; leviora omnia supplicia quavis Dei offensione. Quod decretum, dum firmum certumque habent, semper parati, aptique sunt ad ritè communicandum: bis enim animus sic illos Dei amicos efficit, ut nulla possit tristitiæ



stitiæ vllius iusta esse causa,

REMEDIA ADVERSVS VA-  
nos timores à Dæmone im-  
missos.

PRIMUM omnium atque efficacis-  
simum est, submittere se alteri: &  
pati se regi duci que à Confessario. Nam  
tamen si hic erraret, liber tamen ab erro-  
re esset, qui eius consilio pareret: quan-  
do hic sibi à Deo mandatum habet, vt  
in rebus dubijs suam sententiam adiun-  
gat ad sententiam Confessarij.

Itaque, si Confessarius pius, doctus,  
& versatus in tractatione rerum quæ ad  
conscientiam pertinent, in re dubia  
respondeat in certo facto, dictoue, pec-  
cati nihil inesse; tamen si peccatum in sit,  
ei tamen qui paret, & sine dubitatione  
rem illam committit, nulla à Deo cul-  
pa attribuitur. Eodem modo, si tibi vi-  
dearis nondum rectè confessus, deinde  
consultus confessarius respondeat con-  
fessionem tuam nihil defuisse, tū à te eius rei  
rationem nunquā reposcet Deus, quamuis  
nō ita sit, vt putat confessari. Sic si ab eo-  
dē Confessario, loquor autem semper de  
eo, qui suę conscientię quoq; habeat ra-  
tionem, iubearis securo animo ad sacrā  
Eucharistiam accedere, potes id securè  
facere.

D

facere.



facere. Nam etsi fortassè Confessarius erraret, tu tamen rectè communicas, ac præterea accedit tibi meritum fidei, cum fidem adhibes Confessario, id est, vicario Dei: accedit meritum obedientiæ, cum morem geris ita iubenti Deo: accedit denique meritum humilitatis, patientiæ, abnegationis suæ voluntatis ex amore Dei. Hæc quia videt invidus noster Diabolus omnibus modis agit, ut in poenitentium animis fidem detrahat confessario.

- II. Remedium, Cardinalis Caietani hæc est sententia: Si quis anxietatis & angustie conscientie confessus sit, mediocriter acerbata præparatione, & inspecta non nimis negligenter conscientia: eum non debere, admittere dubitationes postea enascentes, rectenè sit confessus. Hoc potius sibi persuadere, omnia in se confessione exposuisse, aut singulatim, aut universè maxime cum huc accedit, ut paratus sit de integro confiteri, si ita esset opus, & confessarius id permittendum putaret.
3. Remedium est: consuetudinem facere cogitandi de bonitate, misericordia & clementia Dei quanto ille nos amore, quanta benevolentia; quantis, ut ita dicam, blanditijs nos foueat. Item quod proponere menti imaginem eius suam

nem



# COMMVNIONE. 51

nem, nostri amantem, benignam; qualē  
scilicet illum esse, quotidiana declarant  
beneficia: non rigidum, iracundū, calū-  
niatorem. Cogita igitur tibi à D. N. id  
dici, quod dictum est Apostolis: Tanto *Ioan. 1.*  
tempore vobiscum sum, & non cogno-  
uistis me? quasi dicat: Vide quanto iam  
tempore, familiaritate mea per Sacra- *Ioan. 14.*  
menta sis vsus? quo toto tempore, cum  
nihil in me videris aliud, nisi amorem,  
benignitatem, bonitatem, misericor-  
diam erga te, tamen fingis tibi me seue-  
rum & rigidum. An paruam te putas a-  
mori meo facere iniuriam?

IV. Est considerare, quæ Sacerdos  
sacram hostiam in manu ostendens, di-  
cat. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata  
mundi.* Hic est, qui venit amore & suauita-  
te, vt Agnus, non seueritate, aut rigore  
armatus, vt leo: non qui mortem, sed  
qui vitam afferat: non qui tristitia, sed  
qui iucundissima pace te impleat, qui  
rosas optimarum cogitationum, non  
tristium curarum cordi inserat.

V. Consideranda est narratio de filio *Luc. 15.*  
prodigo, plena amoris, plena suauitatis.  
Huic, cum pannis obsitum videret, nul-  
lum asperius verbū dixit parens, nullū  
gestum ostendit animi commoti, cum  
tam miserum videret; ne curiosus qui-

D 2 dem



dem aspexit tam lacero habitu: sed, ut  
primū vidit, animū filij submissum  
& meliora cogitantem, victus affectu  
paterno accurrit obviam, amplexatur,  
suaviatur, vestibus illis abiectis exutum,  
novis exornat: hilaritatem indicit, ma-  
ctat vitulum saginatum, convivium in-  
struit. O suavem & iucundam narratio-  
nem: in qua hæc licet observare.

1. Quanta sit Patris cœlestis miseri-  
cordia; qui longè magis optet dare,  
quàm nos accipere: redeuntes amplexa-  
ri, quàm nos redire.
2. Ut primū nos pœnitet, Deum  
non aspicere in nobis, quæ nostra sunt,  
pannos laceros, id est, peccata: sed quæ  
ipsius sunt, animam ad eius imaginem  
formatam, pretioso sanguine Christi  
redemptam.
3. Dei hanc esse consuetudinem, ut  
nobiscum mutet: pannos, id est, defectus  
nostros à nobis distrahat, in vicem do-  
net suam gratiam.
4. Eundem non tam curiosè, imo ca-  
lumniosè circumspicere & explorare  
eum, qui & peccata, & peccandi in po-  
sterum occasiones reliquit; quique  
mortem iam ipsius posthabeat offensi-  
oni. Id quod demonstravit in filio pro-  
digo.

5. Nos



# COMMVNIONE. 53

5. Nos è contra debere, in quibuscun-  
que difficultatibus sine reformatione  
ad ipsum accedere in Sacramento, ni-  
mirum tanquam mendicus ad diuitem,  
qui mendicitatem nostram opibus mu-  
tet, vt filio Prodigio contigit: tanquam  
infirmos ad medicum, qui omnibus  
morbis & debilitati medeatur: tanquam  
filios indignos tanto patre, sed qui nos  
dignos efficiat, quique plura nobis da-  
turus sit, quàm nos petaturi: quod hæc  
sit illius natura, esse bonum & liberalē.  
Itaque quanto in maioribus nos vide-  
mus esse miserijs, imperfectionibus,  
& defectibus, tanto frequentius usur-  
panda sunt Sacramenta, vel sæpius in  
die, si liceret: dicendumque illud Prodi-  
gi, *Ibo ad Patrem meum*, & quid ei dicam *Luc. 15.*  
hoc nempe, non esse me dignum, quia  
vocer filius ipsius, Et hæc est voluntas  
Dei, vt ostendit ipsa parabola, & verba *Matth. 11.*  
illa: *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.*  
VI. Ex his intelligitur, quemadmo-  
dum ille Prodigus, si suas solum mi-  
serias aspexisset, & parentis dignitatem;  
hæssisset perpetuo in eadem calamitate;  
sed cogitans patrem esse patrem resur-  
rexit, accessit, submisit se, & in gratiam  
receptus est: sic nos cum nostras solum  
respicimus imperfectiones, parum pro-



ficere, imò verò longius à Deo recedere. At si Deum respiciamus, non vt iudicem: sed vt patrem, tum verò causam esse, cur ad illum adeamus, vt qui sit Pater misericordiarum.

*VII.* Considera illud etiam, amorem quodammodo claudere paternos oculos, vt nostros defectus, quos nostra spòte aperimus, minus videat, aut quasi videre dissimulet. Neque enim celerius nosmet accusamus, quàm ab illo venia concedatur. Quemadmodum ergo hic filius prodigus ex imperfecto perfectus, è misero foelix, ex egeno diues, ex afflicto & famlico latus & sature uasit: sic & nobis accidit.

*VIII.* Remedium est, cognoscere quotidianos lapsus & peccata venialia non auferre nobis gratiam Dei, qua solum spoliant nos peccata mortalia. Deinde multum interesse inter peccata venialia de industria commissa, atque inter ea, quæ ignorance, aut imbecillitate committuntur humana.

*IX.* Considera permitti à Deo, vt leuiusculè sepius offendamus: non vt hæc nobis occasio sit reuocandi nos ab vltimo Sacramentorū, sed potius accedendi, vt eorum, auxilio cauere ab ijs possimus in posterum. Permittit idem hac etiam  
de



# COMMVNIONE. 55

de causa, vt nosmetipsi noscamus, & deprimamus: videamusque non modò quanta sit Saluatoris benignitas, qui nobis tam miseris, tam imperfectis, nò desinit impertiri seipsum; sed etiam quā sit necessarium ad Deum confugere. Itaque imitemur Prodigum, curramus ad Patrem, & curramus tanto magis, quanto nos miseris intelligimus esse pleniores. Ita defectus nostri occasionem dabunt, cognoscendi nostras infirmitates, ac proinde & deprimendi factum: cognoscendi morbos nostros, & quærendi remedij, cognoscendi deniq; infinitam Dei bonitatem, eamque mandandi, ac recurrendi ad ipsum propter frequentiam malorum ingruentium in singulas horas, atque adeò in singula horas, si fieri posset, recipiendi illū per Sacramentum.

Vult Deus, vt electis suis omnia cooperentur in bonum; vt ex ipsis etiam malis oriantur bona. Vult suos plangere, neque tamen perpetuò: potius vult semper gaudere in Domino. Itaque hos defectus vult esse occasionem, vt sui se arctius cum ipso coniungant. Vt enim fortem equū leuis offensus inculat confirmat, vt solidiore deinceps incedat gradu, sic & nos debet leuior defectus



ad diligentiam excitare maiorem. Quod fiet, si sciamus in ipsa defectuum cogitatione non esse nimis haerendum: quando ex animo in his defixo nascuntur spinæ & tribuli cogitationum molestiarum, anxiarum, & pusillanimitate plenarum: currendum potius recta ad patrem, id est, cogitandus amor illius & beneficentia, qua cogitatione omnes illæ priores spinæ rosas, & tribuli dulcissimis vuis commutabuntur. omnis, inquam, tristitia in gaudium vertetur.

S. CATHARINA Senensis ait, ut is, qui Principis colloquio frui velit, non consistit in vestibulo; Sed quærit aditum ad ipsum conclaue: sic nos non debere consistere in vestibulo considerationis nostrorum defectuum, sed in ipsum Domini Dei conclaue introire, id est, in considerationem Dei, quam ille sit, erga nos amanter patiens, & amans patienter.

S. GERTRUDIS ait, quemadmodum auicula non semper adhærescit nido, sed exilit aliquando, sublimis euolat, cantillat, & gaudium quoddam sibi facit: sic nos non debere esse perpetuo affixos cogitationi defectuum nostrorum, qui nidus est noster; sed tollere nos aliquando in altum; considerare miseri-

COR.



# COMMVNIONE. 57

cordiam & bonitatem Dei; tum deinde ad nostri cognitionem reuerſi.

THOMAS de Kempis ait Deum ſuis amicis duas quotidie lectiones preſcribere; quarum altera defectus ſuos cognoscant, altera bonitatem Dei, qui eos tam patienter ferat.

BEDA affirmat S. Paulum, ſi ſtimulo carnis fuiſſet liber, fortè in damnationem incaſurum fuiſſe. Sic multi homines ſancti perirent, niſi Deus in peccata leuiora incidere illos aliquando permetteret.

Dicere ſolitus erat quidã ſeruus Dei, nō timere ſe peccata, quæ nouiſſet & odiſſet: ſed ea tantū, quæ vel ignoraret, vel nō magni faceret, vel etiam excuſaret.

S. AUGUSTINUS iubet nos: de peccatis dolere, & de hoc dolore gaudere, vt qui gratiã Dei, cōiunctam habeat.

Alius quidam non ſibi mirum dicebat videri, ſi quando quid peccaret, quando ſe tam imbecillem, & à perfectã virtute remotum ſciret: ſed mirari potius, ſi quando non peccaret.

Alius aiebat quodidianos illos proborū lapſus ostendere, quod alio ſenſu in Euangelio negatur poſſe fieri, vt vix colligantur de ſpinis, id eſt, ex ſuorū defectuum cognitione oriatur cognitio

Luc. 16.

D S . boni .



bonitatis Dei; & de tribulis imperfecti-  
onum, diuinæ suauitatis fons.

*Matth. 15.* Dicebat idem permittente D. N. labi  
nos in defectus. Ut hac occasione ad ip-  
sum veniamus: inuitati scilicet illis vo-  
cibus. *Venite ad me omnes, qui onerati estis,  
defectibus, & ego reficiam vos.*

Cum quidem aliquando totus mœ-  
roris & perturbationis plenus esset, pro-  
pter suos defectus: audijt vocem, quæ  
diceret. Quid tibi es? Veni, & omnem  
mœrorem projice in latus meum. Quo  
dicto, omnis illa tristitia absterisa est.

OMNIA VERI AMORIS SI-  
gna inueniri in Sanctiss. Sa-  
cramento.

*Ioan. 13.* Inter innumera sui in nos amoris ar-  
gumenta, quæ viuens in hoc mundo  
dedit Christus; vel e maximis, vnum  
est huius Sacramenti institutio. Itaq; D.  
Ioannes ait, cum amasset suos Christus,  
præcipuè amorem hunc ostendisse sub  
finem vitæ. Tum enim maiora in illos  
contulit beneficia, & clariora dedit sui  
amoris argumenta, cum & ad tempus  
vitam pro illis relinqueret, & perpetuò  
se illis in Sacramento Sanctissimo do-  
naret.



## COMMVNIONE. 59

PRIMUM igitur certissimumque signum amoris est, desiderium coniungendi intimè atque adeo vniendi se rei amatae: quod quàm vehementer fuerit in Christo, hoc Sacramentum ostendit. Fuit enim de præcipuis instituendi causis hæc, vt nos faceret vnum secum. Itaque instituit illud specie cibi, quod quæadmodum ex cibo, & eo qui cibum sumit, vna quædam & eadem res conficitur ita ex Christo, & ex eo, qui ipsum in Sacramento accipit. Vnio autem hæc fit communicatione vnius spiritus in vtroque: ex quo consequitur vnus viuendi modus.

ALTERVM signum est benè facere homini amato, quādo autem cor amato largitus est amās, nihil habet reliqui, quod illi largiri non velit. Iam quæ maiora possent excogitarijs, quæ nobis in Sacramento largitur Christus? Quippe qui dat carnem suam & sanguinē suū, & merita, quæ carne & sanguine suo olim promeritus est. Quemadmodum autē anima nostra, vt primum cum carne ab Adamo progenita cōiungitur infusione diuina, subitō particeps fit omnium Adam malorum & miseriarum: ita quando eadem per sanctissimum hoc Sacramentum cum carne CHRISTI

D 6 CON-



coniungitur, in partem venit omnium honorum & thesaurorum Christi. Qua de causa vocatur Communio: quod hoc modo communicet nobiscum Iesus, non modo carnem & Sanguinem suum; sed etiam, ut dictum est, merita carnis & sanguinis sui.

III. est, Amantium alter alterum de se semper cogitare vult. Ergo, si quando inter se diuellantur relinquunt aliquid, quo conseruetur & renouetur memoria mutua. Talem nemosynum voluit esse Dominus noster hoc Sacramentum. Vade cum institueret, dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*: id est, reuocate in memoriam, quoties ad hanc mensam acceditis, quanta in vos consulere beneficia, quanto vos amore sim profecturus: quam multa vestra causa perpeffus sim.

IV. Amans amari cupit. Et hoc signum habemus amoris Dei: ut qui desiderans amari à nobis instituit tale sacrum conuiuium, talibus consecratum verbis, ut qui ei dignè intersit, subito percutiatur amore ipsius Dei.

V. Amans optat dilecto affere aliquid voluptatis, atque eius rei vias omnes inquirat, ut blandi parentes pusillis pueris solent. Fecit idem Deus instituendo hoc

Sacra-



# COMMVNIONE. 68

Sacramento: cuius proprium est animā puram suauissima voluptate complere. Qui enim ita mundi accedunt, tantam sentiunt in vſu Sacramenti ſuauiatē, vt, quemadmodum ait S. Thomas, nulla ſit lingua, quæ id ſatis explicare poſſit. Vide, amabo, quo tempore tam ſuaues epulas parauerit: nempe in cœna nouiſſima, quam proximè exceptura eſſent acerbiffima ſupplicia iam tum ab inimicis parata. Tum igitur ille ſuauiſſimas parabat delicias, cū illi dolores acerbiffimi parabantur: cū illi fel miſcebatur, ipſe viciffim miſcebat mel: cū illi cruciatus deſtinarentur, deſtinabat ipſe nobis hanc ſuauiatē. Nec imminentiſ mortis, nec tantorum cruciatuum, quos ſibi paratos ſciebat, cogitatio tam potuit ipſius animum occupare, vt illū a tam magnis beneficijs in nos confe- rendis abduceret.

VI. Amans amati abſentiam tor- menti loco habet: ſemper illi oprans eſſe affixus. Veri enim amoris hic eſt affectus, vt rē amatā ſibi adēſſe velit, vt ex illius præſentia capiat voluptatē. Sic di- uinus amator mirabile hoc inſtituit Sa- cramētū, in quo ipſe verè ſit præſens: vt dū hoc Sacramētū maneret in mūdo, ma- neret in mundo etiā ipſe, quamquā af-



cendisset in cœlum. Hoc planè certum  
est argumentum magni amoris.

*QVAM MAGNUM SIT HVIVS  
Sacramenti donum.*

**N**on potuit nobis D. N. maioris  
honoris, utilitatis, aut iucundita-  
tis opus in terris relinquere, quàm reli-  
querit hoc Sacramento. Hic habemus,  
ad quem refugimus in omnibus rebus  
aduersis, cui loquamur, cum opus est,  
facie ad faciem. O felicem Christiano-  
rum gentem qui quotidie possunt coram  
Domino suo astare, & quoties volunt,  
cum illo sermones conferre! Hoc autè  
cum sit tam grande donum, minus ali-  
quanto videretur, si datum fuisset bene  
merentibus, aut gratis: aut ijs sanè, qui  
eo pro dignitate vterentur. Iam verò cum  
datur multis, qui illud non agnoscunt,  
tam parum grati sunt, tam malè ad suos  
usus adhibent, amoris indicium est, &  
misericordiæ singularis. O rem verè ad-  
mirabilem! Si tota natura & gloria Dei  
penderet ab homine, ut hominis pen-  
deret à Deo, quid potuisset amplius facere  
Deus ad deuinciendum sibi amore ho-  
minem? Certè magna & stupenda res  
est, cum omnis nostra salus, omnis glo-  
ria



## COMMUNIONE. 63

ria, omne bonum nostrum in Deo sit, nos tamen à Deo fugere: contra Deum tantopere coniunctionem nostram expectere, cum ad nullā nobis indigeat.

### MODVS QVO CHRISTVS *apud nos manet.*

**A** MORIS Christi magnitudinem ostendit & modus, quo manet nobiscum. Nam si specie sua mansisset, mansisset ut à nobis in veneratione & honore haberetur: nunc cum specie panis manet, manet ut eum manducemus & veneremur: ut altero fides, altero conceatur charitas. Vocatur Panis vitæ: quia est vita ipsa specie panis. Itaque qui dignè sumit hunc panem, eodem momento accipit vitam: quando manducat ipsam vitam. Quod si horres cibum hunc, eò quod vixus sit, accede saltē eò, quod panis Angelorum sit. Si parui facis, quod panis sit, magni fac, quod vixus sit.

### DE PRAEPARATIONE.

**Q**UONIAM verò hoc Sacramentum infinite virtutis est: ut quod Christum contineat fontem gratiæ, & nobiscum communicet virtutem omnē passionis Christi, cuius est pretium infinitum.



64 DE FREQUENT.

tum: sit ut quo quisque se ad id accipien-  
dum diligentius comparat, tanto apti-  
or sit ad percipiendos Sacramenti fru-  
ctus. Itaque diligentissime laborandum  
est, ut digne parati ad illud accedamus.

DE TRIBVS PECCATIS,  
*quæ huic Sacramento aduer-  
santur.*

SVperbia, odium, & turpitudine, S. Eu-  
charistiæ aduersantur. Hic enim acci-  
pitur is, qui se tam infinite depressit, qui  
pro inimicis in cruce precatus est, qui è  
castissima Virgine purissimam assum-  
psit carnem. Ergo cum alijs, tum his  
maximè peccatis vacare eum oportet,  
qui cœleste epulum aditurus est.

DE PECCATIS VE-  
*niatibus.*

PEccata venialia incredibile impedi-  
mentum afferunt ad degustandam  
suauitatem & dulcedinem huius Sacra-  
menti, maximè ea, quæ scienter, com-  
mittuntur. Nam sicut encaustum non  
potest herere in ære, sed in auro tantum,  
sic hoc encaustum tam nobile non finit  
Deus imprimi, nisi in animam ab omni  
peccato immunem,

DE



DE MALIS PECCATI  
*venialis.*

**P**rimo obligat ad poenam, vel præsens vitæ, vel Purgatorij, quæ grauior est, vel etiam ad poenam inferni, quæ grauissima est, & æterna.

2. Maculat animam, sicut mortale totam obscurat,

3. Imminuit feruorem caritatis, sicut aqua flammam ignis.

4. Debilitat vires animi in bonis operibus exercendis: sicut onus impositum reddit equum ad ambulandum tardiorem.

5. Retardat gloriam æternam, cum detinet in Purgatorio.

6. Minuit bona æternæ gloriæ, quia poterat boni aliquid fieri, quo tempore commissum est peccatum veniale.

7. Est dispositio ad peccatum mortale, & ideo conuenit, ab eo abstinere, non considerando quod parua sint, sed quod Deus, cui displicent, sit magnus, ut dicit S. Hieronymus.

8. Magnum obstaculum ponit recipiendæ nouæ gratiæ, ut Doctores tradunt: nam non licet vel pro omnibus huius mundi bonis, peccatum veniale committere.

DE



## DE INTENTIONE COMMUNICANDI.

**I**Nter cætera quæ præparationi sunt necessaria, principem ferè locum habet recta Intentio, & finis propter quem communices. Potest enim hic & bonus esse, & vitiosus. Fines verò quos rectè nobis propositos habere possumus, hos numerat S. Bouauentura,

1. Ut arctius copulemur cum Deo.
2. Ut hoc Sacramento, quasi medicina ab animi morbis conualescamus.
3. Ut quæ Deo tenemur, reddamus debita.
4. Ut rebus aduersus liberemur.
5. Ut certum aliquod à Deo donum impetremus.
6. Ut gratias referamus beneficijs Dei. Cum nihil sit, quod illi, gratius offerre possimus.
7. Ut laudemus Deum & Sanctos, quòd hoc sit sacrificium laudis.
8. Ut adiuuemus proximos viuentes, mortuosque.
9. Ut accipiamus spiritum Christi, per quem vivamus cum illa humilitate, charitate, obedientia, paupertate spiritus, mortificatione corporis, contemptu mundi, quibus olim Christus vixit.

Atque



totque hic sit finis præcipuus.

10. Ad memoriam faciendam passionis Christi ut in Euangelis & à S. Paulo iubemur.

11. Ut Deo gratum præstemus officiū, qui vehementer desiderat esse nobiscū, ut hinc eius voluntati satisfaciamus. Cum hoc fine coniungi etiam possunt omnes suprà positi.

## DE DEVOTIONE.

**L** Abora, dum communicaturus es, ut commouearis sensu quodam intimo pietatis, seu deuotione, ut vocant, actuali. Id fiet, si consideres Dei immensitatem, & tuam indignitatem: quæ tibi ille beneficia dederit, quibus tu illū peccatis offenderis. Formabis igitur te animo in speciem filij Prodigij, aut Publicani, aut mulieris, quæ in adulterio deprehensa, redit ad maritū veniā petitura. Præter omnia excitabit te cogitatio de magnitudine amoris Dei in Creaturā.

*QUATVOR, QVÆ S. MECH-  
tildis considerabat communicatura.*

**P**rimo, magnū Dei amorem, quo ille de se ab omni æternitate cogitasset,

2. Quod se creasset, cū sciret tam ingrati-  
tam illam suæ Maiestati futuram.

3. Quod voluisset mori in cruce, & sanguine suo satisfacere pro suis peccatis æterno Patri.

4. Quod



68 DE FREQUENT.

4. Quod ex amore ipsius voluisset manere in hoc Sacramento, ut pasceret illam suam carnem, & mundaret suo sanguine.

DE FAME HUIUS  
Sacramenti.

**M**agna huius Sacramenti fame affici deberemus, & propter eam in eo usurpando frequentes esse: cum non minus hic sit verus & proprius animi pastus, quam eius venenum fuerit potum vetitum. Excitabit famem harum quatuor rerum consideratio.

1. Necessitas nostra, in qua sumus.
2. Imitationes Christi, & minus si non accedamus.
3. Desiderium Sanctorum id optantium.
4. Fructus huius Sacramenti.

FRUCTVS S. EV-  
charistie.

**P**rimo remittit peccata præterita, quæ obliuione exciderunt.

2. Confirmat aduersum futura.
3. Debilitat vitiosos animi impetus.
4. Tentationes minuit.
5. Ad pietatis studium incitat.

6. In-



6. Intelligentiam illuminat.
7. Accendit affectum.
8. Confirmat spem.
9. Debilitati nostræ firmitatē addit.
10. Exhilarat conscientiam.
11. Participes nos facit meritorum Christi.
12. Dat pignus gloriæ.
13. Confirmat cor hominis.
14. Armat fortes, vt strenuè cum Diabolo certent.
15. Perterret inimicum.
16. Alacrem facit ad probas actiones.
17. Mirè adiuuat res aduersas.
18. Pœnas peccati minuit.

S. Vincentius ait, euadendi Purgatorii viam esse ex præcipuis rationibus, vt quis frequenter communicet.

Accepturo igitur Christum in hoc Sacramento, prima debet esse cura purgandi cordis, quod fit præcipuè per Cōfessionem: altera sit cura linguæ. Vt enim cor est lectulus, in quo recubiturus est magnus hospes: imò lingua primū est membrum, quod attracturus est. Lectulus ergo ille sit plenus rosis virtutum, non vitiorum spinis.

IN-



INTER EVNDVM AD SA-  
*cram mensam, quid cogitan-*  
*dum.*

Matth. 25.

**C**Ogita tibi dici, *Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* Venit ille plenus charitate, benignitate, & omni bono, cupidus manendi tecum, vt cum suis delicijs. Decet igitur te illi venire obuiā plenum deuotione, amore, veneratione, læritia, & gaudio: vtique cū accepturus sis Sponsum tuum, Dominum tuū Deum tuum, Creatorem tuum: qui longè ardentius dare, quàm tu accipere, cupiat, vt ostendit filio prodigo qui venit vt agnus non vt leo.

Enc. 2.

Vtile quoque tum fuerit, illa secum loqui, & meditari: *Vnde hoc mihi, vt veniat Dominus meus ad me? simulq; considerare, quis ille qui venit: & illud Sancti Francisci vsurpare: Deus meus? Deus meus: quis est tu? & quis sum ego?*

POST COMMVNIONEM.

**M**agnæ Deo ob hoc beneficium agendę sunt gratiæ, & magnopere custodiendum os: petenda insuper à Deo, quibus egemus, præcipuè charitas, & vt possimus semper  
 vnū



## COMMUNIONE. 71

unum esse cū ipso: offerrendo seipsum  
suaque omnia in holocaustum Deo.

Sacramento hoc vires suas exercet in  
animam, toto tempore, quo nondum  
consumptæ sunt species. Itaque post  
Communione utile est esse, quàm ma-  
ximè collectum, & hoc vel simili modo  
cū Deo familiariter colloqui.

### PRECATIVNCVLAE, QVAE

*Post communionē, Vel coram tantum, vel  
ore etiam proferri possunt.*

**D**omine mi, ad hoc creasti me, vt  
mem te: da mihi, vt possim fa-  
cere, ad quod creasti me.

Nimis audax sum ego creatura tam  
abiecta, quæ petam amorem tam sub-  
limem, vellem petere aliud humiliter,  
quod meæ vilitati par esset. Sed quid fa-  
ciam, quando tu iubēs, vt amem te?

Creasti me, vt amarem te, minaris si  
non amē te: mortuus es vt amarē te. Iu-  
bes vt nihil magis petā à te, quā vt amē  
te. Vsq̃ue eo desiderasti vt amarem te,  
vt cū me videres frigidius amare, in-  
stitueris Sacramentum miræ virtutis, vt  
cor meū transformares in amorem tui?  
Deus meus, quis sum ego apud te? vt im-  
peres mihi, vt amem te? vt ad hanc rem  
tam varias & nouas artes inueneris?

Quid



Quid sum ego apud te aliud, quàm calamitas, tormenta, crux? Et quid tu mihi es aliud, quàm salus, requies, & omne bonum? Quod si tu me talē amas: quomodo ego te talem erga me non amem? Indignus sum, qui amem te, Domine: sed tu dignus es qui ameris. Concede mihi, vt audeam amare te. Deus meus: amor ex quo omnes amores fluunt, cur non absum? Et hoc igne amoris tui? Deus meus, bonitas ipsa, per quem bona sunt omnia, quæ bona sunt: quare non amem te, cum sola amoris materia sis? bonitas? Deus meus, pulchritudo à qua omnis pulchritudo, quare non amo te? cum pulchritudo sic rapiat omnia: cōrda ad se? Si non amo te, propter hoc quod es in te: cur saltem non amo propter hoc, quod es in me? Filius amat patrem, quia ab illo quod est accepit. Membra amant caput: & pro illo se exponunt periculo: quia ab illo in eo quod sunt cōseruantur. Effectus omnes amant suas causas: quæ ratio ex omnibus deest tibi Deus meus, ob quam nō debeam amare te? Tu mihi dedisti vt essem, & dedisti mihi perfectiùs, quàm parentes mei. Tu me cōseruas multò perfectiùs, quàm caput membra: quare ergo non amem te? Discedite à me creaturæ omnes, procul



cul discedite à me: nec vos mihi, nec ego vobis rectè coniungor. Si vos seruos & ministros mihi esse voluit Dominus: eritne ratio, vt ego adultera fidem frangam tali sponso? prodamne Dominum meum per illos ipsos seruos, quos mihi concessit?

Ergo Deus meus, etsi omnia mea sint, cur non amem te? cur non tibi tradam totum cor meum? cur non semper ardeam coelesti tuo igne? O *Pa s v* dulcis: ô Iesu amor!

*CVR SVAVITAS HVIVS SACRAMENTI non percipiatur ab omnibus.*

**F**lt hoc primo vitio illius, qui ante Communionem non satis animum ad eam comparauit. Vt enim coelum, quia oculis caret, lucis suauitatem, licet præsentissimam non sentit: ita multorum palati eo modo corrupti sunt, vt rerum spiritualium, tametsi præsentibus sint, nullum habeant gustum. Nam, vt S. Paullus inquit, *Ho. 1. Cor. 2.* *mo animalis*, id est, qui aliarum animantium more, solo ducitur sensu, non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Fit deinde ex defectu considerationis, quod sanctissimus

E mus



mus hic cibus non satis ruminetur. Nā qui illum subito deglutiunt, profecto gustu careant necesse est, vt & illi qui cum ore cordis non attingunt. Vt igitur dulcedinem huius cibi sentias, necesse est ruminare, & petere opē à Deo, vt intelligentia, sanctisq; & profundis cogitationibus de hoc SS. Sacramento, aliquem eius gustum habere possis.

**QUATVOR IN HOC SACRAMENTO consideranda.**

**G**VILIELMVS parisiensis, quatuor res, inquit, in hoc Sacramento considerandas.

1. Admiranda Dei potentia, quæ tam miro modo panem & vinum visibilia transmutat, in corpus & sanguinem Christi inuisibiles: relinquēs species panis & vini sine natura & essentia illorū.
2. Prudentia seu sapientia Dei quæ prouidit animæ nostræ de cibo tā conueniente. Ipsa præsertim externa specie panis & vini, inuitante nos, vt securi, libentesque accedamus.
3. Diuitiæ bonitatis Dei, quæ tam liberaliter nobis talem cibum offert, cum tanta hilaritate & lætitia.
4. Memoria diuinæ misericordiæ, quæ filio proprio non pepercit, sed cū morti tradidit, vt etiam in hac vita perpetuum

de



## COMMUNIONE.

75

de illo gaudium habere possemus. O res  
verè digna, quæ nos semper attonitos  
reddat sui cogitatione.

**CVR NON OMNES SENTI-**  
*ant suauitatem in hoc Sa-*  
*cramento?*

**Q**UOD nō sentiatur suauitas in hu-  
ius Sacramenti percēptione, fit ex  
eo, quod non magni fiant peccata ve-  
nialia scienter admissa. Proprius enim  
huius Sacramenti effectus est, efficere  
animam puram & mundam noua con-  
solatione & refectione: sed peccata ve-  
nialia vehementer obsunt puritati &  
nitore huic, & deuotionē impediunt a-  
ctuales, quæ ad huius suauitatis gustatū  
est necessaria. Concludi igitur hoc cer-  
tō potest peccatis venialibus fieri, vt  
dulcedo diuinissimi Sacramenti non  
sentiatur. Caueamus ergo illa, vt pestes:  
Deumq; precemur, vt det nobis illū ani-  
mum, vt mori malimus, quàm scienter  
committere, vel veniale peccatum.

**MODI VARI PRÆPARAN-**  
*di se ad sacram Commu-*  
*nionem.*

*S. Mechtilis consuevit ante Communie-*  
*nem dicere quinquies, Ave Maria.*

E 2

PRÆ



**P**rimò, in mentem reuocabat B. Virginis puritatem, qua filium Dei concepit, & humilitatis eius abyssum, qua traxit illum ad se de coelo: orando illam, vt obtineret perfectam animæ puritatem.

II. Recordabatur incredibilis gaudij, quo perfundebatur, cum post genitum suum filium agnouit eum simul hominem esse & verum Deum: orando illam, vt bonam & veram Dei cognitionem consequeretur.

III. Quod omni hora parata fuisset ad recipiendam Dei gratiam: orando illam, vt & ipsa cor semper paratum habere possit, ad nouam Dei gratiam recipiendam.

IV. Deuotionis & gratitudinis, qua communicabat, dum versaretur adhuc in terris: orando illam, vt possit semper Deo grata esse, maxime pro huius sacramenti beneficio.

V. Beneuolentiæ magnæ, qua appellando eam filius, simul recepit cum admirabili eius gaudio: orando illam, vt possit obtinere gratiam adeundi sacramentum mensam cum lætitia spirituali. Nam vt illa dicebat, si homo sciret, quam vtilitatem caperet ex sumptione Corporis Christi, præ nimia lætitia ani-



## COMMVNIONE. 77

mo deficeret. Eadem S. Mechtildis, so-  
lebat quoque ante communionem in-  
ter cætera diligenter in memoriam  
reuocare passionem D. N. & quando  
id prætermittebat, putabat se magnum  
commisisse errorē: eò quòd Christus in  
huius Sacramenti institutione dixisset.  
*Hoc facite in meam commemorationem.* id  
est, communicate. Vnde cū rogasset  
Dominum pro illorum verborum in-  
telligentia, à Spiritu sancto illi sugge-  
stus fuit hic verborum sensus.

Matth. 26.

### TRIA COMMEMORANDA sunt tempore communionis de Corpore Christi.

PRIMUM est, eternus amor, quo Deus  
cū nondum essemus, nos dilexit, &  
omnia necessaria prouidit, & ideo di-  
gnatus est creare nos ad imaginem &  
similitudinem suam. Qua de causa de-  
bita sunt illi à nobis agenda gratiæ.

Alterum est, inæstimabilis amor,  
quo filius Dei, cū in summis delicijs  
ageret in gloria Patris, ærumnas nostras  
assumere dignatus est, quas ob peccatū  
Adami incurrimus, nempe famem, si-  
tim, æstum, frigus, fatigationem, pudo-  
rem, poenas, & mortem turpissimam, vt  
nos ab omni ærumna liberaremur.

D 3

Ter-



TERTIVM est, amor imperforabilis, quo nos omni momento prosequitur, & cura benevolentia plena, ac providentia paterna, qua nos gubernat. Sic ut is, qui creator noster, suavisissimisque frater est, assistens ante conspectum Patris, tanquam advocatus, procuratorque fidelissimus negotia nostra pertractet. Hæc tria omni momento debent nobis ob oculos esse posita, ut illa aiebat, speciarim autem tunc, cum inter futuri sumus coelesti conuiuio, quo noster amantissimus redemptor in sui ineffabilis amoris testamento nos donauit, cuius cum multa gratiarum actione semper memoriam recolere debemus. Cognouit quoque instinctu Spiritus sancti S. Mechthildis, quando quis occupat se rerum terrenarum, vel inutitium cogitatione, commaculati imaginem Sanctæ Trinitatis, hoc est, Animæ faciem. similiter, si intellectum conuertat ad curiositatem & sapientiam mundanam, atque item si à voluntate Dei se disiungat, & in rebus caducis se delectet. Quoniam verò, quàm diu anima est in hoc corpore, sæpè contaminat faciem suam rerum terrenarum cogitatione, congruit, ut crebrò oculos conijciat in speculū vultus diuini, & imprimis, quādo



COMMVNIONE. 79

do est communicandum. Et sicut candor vultus rubore suffusus reddit sponsam multò pulchriorem, sic curandum est, vt faciem animæ frequenter per cōfessionem lauemus, & recordatione passionis Christi etiam rubedine quadā tingamus.

QVID DOMINVS EIDEM IN eadem materia suggesserit.

**Q**UANDO vis communicare, (dixit aliā ad eandem Christus) hac intētionē me debes recipere: nempe, cū desiderio sumendi me tali amore, quo nullum humanum cor me amavit, & desideravit, & ego suscipiam illū amorem in te, non qualis est in te, sed qualem & quantum ego esse vellē. Aliā vice, cū vellet communicare, videbatur Christus D. N. septē aureas litteras, velut septē gemmas illius pectori inscribere, illaq; significationem earū intellexit. Prima gemma indicabat cordis mēditā. Secunda, assiduā memoriā cōuersationis & vitæ Christi. Tertia profundā humilitatē Christi. Quarta, perseverantiā in bonis operibus. Quinta patientiā in aduersis. Sexta spem. Septima, amorē rerū coelestium. His virtutibus, velut septem gemmis ornatus esse debet, qui vult piē communicare.

E 4

DE



S. Gertrudis cum aliquando Dominū nostrum oraret, vt dignaretur declarare, quemadmodum parare se dignē deberet ad recipiendum Spiritum sanctū, & Christi D.N. corpus, fuit ei responsū, debere eam prius tangere manus ipsius & latus. Latus quidem, considerando cū grati animi significatione, quātus sit diuini cordis amor, quo ab æterno sumus prædestinati in filios & hæredes regni, & quomodo in dies infinitis beneficijs nos licet indignos, & ingratisimos, præueniat. Manus quoque tangi debent, hoc est, magna gratitudine animi recolenda est omnium nostræ redemptionis operum memoria, vt quod triginta tres annos nostræ causa laborauit, maxime autem in passione & morte; Cū autem ex tali memoria incaluerimus, offerre debemus cū multa gratitudine cor nostrum Deo, in illius amoris vñione, de qua dixit Christus. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*, ad beneplacitum scilicet diuinæ voluntatis; sic vt homo nulla in re desideret, vel velit præstare aliud, quàm beneplacitum Dei comparando se pariter ad facienda & perferenda omnia quæ Dominus mandauerit.

Ioan. 20.

EX



COMMVNIONE. 81

EX IOANNE TAVLERO.

Is refert quēdam optasse instrui à Deo,  
Quis, quādo, & quomodo dignè pos-  
sit communicare? fuisseque illi respon-  
sum à Domino in hunc modum. Qui  
non habet quod suum est, & cui placēt  
omnia à me facta. Expositio horū ver-  
borum hæc est. Communicaturo ne-  
cessaria esse tria. Primū, vt non habeat  
quod suum est, id est, peccatum mundā-  
do conscientiam per confessionem, Se-  
cundo, vt desideret quod suū non est, id  
est, Deum: non optando, nec desideran-  
do aliud, quā diuinam gratiam. Ter-  
tio, vt renunciando omnibus rebus, quæ  
Deo displicent, se suaque omnia diuinæ  
voluntati resignet. Hæc tria; qui habue-  
rit, securè potest communicare, etiam si  
actualement deuotionem non sentiret.

QVID ANTE COMMVNIO-  
nem considerari queat. Ex  
eodem.

**P** R I M O considera, quantus, & quis  
sit, qui est recipiendus.  
II. Quā ipse sis indignus: vt qui po-  
tius dignus sis, vt inferni sis titio, quā  
vt Dominum ~~maximū~~ maiestatis re-  
cipias.

III. Beatus, Virginem peccati exper-  
tem



*Luc. 1.*

tem conturbatam fuisse, quando cognouit ex Angelo se fore matrem Dei: & quando S. Ioannes erat baptizaturus Christum, contremuisse.

*Matth. 3.*

IV. Recipe illum, ut soluas tua debita, quæ debes patri æterno, ob beneficia ab eo accepta, offerendo illi sacram hostiam, ad pugnadū viriliter cum dæmone, mundo, & carne. Deinde, ut inopiā tuam locupletes Christi opibus, ac deniq; ut ita firmiter te Christo cōiungas, ut nulla creatura amplius te ab eo diuellere possit.

## EX EODEM.

**A**LII rursus, qui non videbatur sibi ad hoc Sacramentum rectè dispositus, respondit Dominus. Certò noris, carissimè, quoties à te animus peccandi abest, & confiteris ea; quorum meministi, semper te esse ad communionem satis dispositum. Et subiungit idem Autor. Ego certissimè credo, ita recipere corpus Domini, vtilius esse animæ, quā interesse centū sacris Missæ, vel centū concionibus. Imò, inquit ille, quidā Doctores existimant, eū, qui vel semel sine peccato mortali sumit hoc sanctum Sacramentum, plus gratiæ cōsequi, quàm si ter inuiserit Sanctum sepul-

pul-



# COMMUNIONE. 85

pulchrum: nec vnquam quenquam ita communicare, quin gratiam particularem, & singularem gratiæ ac charitatis gradum, quem prius non habebat, consequatur, quantumuis se sentiat aridum & deuotionis expertem. Addit esse tres mirabiles huius Sacramenti effectus. Primus est, quod in se transformet communicatē, vt dicere queat. *Vitæ ego, iā nō ego, viuit verò in me Christus.* Alter est, *Gal. 2.* quod semper cōferat augmentū gratiæ & caritatis. Sic, vt si quis nunquam vllā recepisset gratiam, hæc sola, quam etiam semel communicando consequitur, sufficiat ad obtinendam vitam æternā. Quare vel ob hanc vnā causam, nemo p̄mittere deberet se ab huius Sacramenti frequentia arceri. Tertius, omnes tentationes spirituales, carnales & naturales, virtute huius Sacramēti sopiri, temperari, & extirpari, simulq; peccata venialia, & mortalia obliuioni tradita.

EX S. DIONYSIO AREOPAGITA.

S. DIONYSIVS ad quatuor capita reuocat hanc præparationem.

PRIMUM est. Benè expurgare conscientiam à peccatis, domumque animi

E 6

enr-



## 84 DE FREQUENT

euerrere: eò quòd in vase mundo, & monumento nouo Sanctissimum Domini corpus sit deponendum. Ad hanc rem potest ferre confessio, & recta intentio.

II. Ornare animam virtutibus. Quòd seruit oratio, quæ impetrat, & Fides, quæ credimus, quæ in hoc Sacramento credenda sunt, ac denique Caritas, quæ disponit cor ad ardentissimum amorem Iesu degustandum.

III. Se, à se ipso euacuare ( Dominus enim non fert in suo amore riualem ) mortificando sensus, & affectus internos cum humilitate, quæ facit nos crucifixos mundo, & mundum nobis.

IV. Excitari ad nouam vitam: Omnia nostra in manus Dei resignando, viuendo, loquendo, & omnia opera exercendo in ipso.

## PRAEPARATIO EX S. BONAVENTURA.

**P** R I M U M. Colligere animum, excutiendo, & cum lacrymis, si non corporis, saltem mentis, conscientiam lauando.

2. Confiteri & peragere poenitentiam.

3. Colligere denuò animum ad duarum maximè rerum meditationem: magnitudi-



# COMMVNIONE.

85

tudinis Dei, & miseriæ nostræ.

4. Quàm magnus sit ille Dominus, & quàm tu seruus abiectus.

5. Cogitare, quantus sit Dei in nos amor, qui pro re tam vili, itemque cum re tam vili seipsum velit vnire: & in ipsa, & pro ipsa, tam humilia pati.

## ALTERA PRAEPARATIO

*ex eodem.*

**I.** COGITA quid facturus sis: accepturus scilicet Christum verum Deum & hominem, qui pro te olim pepedit in cruce.

2. Quis id facturus sit, Tu homo, non bestia per peccatum.

3. Cogita, recipere te eum, qui Sanctus Sanctorum est: atque ideo sanctè accedendum & piè, absterfa omni peccatorum rubigine per compunctionem, omni mentis amaritudine, per orationis dulcedinem.

4. Accedendum magna reuerentia tantæ maiestatis. Si enim ante imperatorem homo sanie & tabe fluens consistere non auderet: quomodo consistet corâ Deo homo miser & peccatis infectus? Considera tamen, maiore esse indignatione Dei, quâ dignitatē nostram: maiore ipsius benignitatē, quâ nostram miseriam.

E 7

5. Acced



5. Accedendum cum magno amore & desiderio accipiendi hospitio cordis suum Dominum. Caue ergo diligenter, ne accedas cum tadio & torpore. Mirū est, inquit ille, quomodo recipiens homo non liquecat amore, caloreque.

6. Pro se & alijs demissè & cum affectu orandum, maxime petenda venia peccatorum.

7. Longè cohibendus animus ab omni re externa, quantumvis paruula, quæ quoquo modo potest cordi aliquam aspergere maculam. Hæc puritas tū maxime curanda, cum iam ad communicandum accedis.

PRÆPARATIO EX CONCILIO Tridentino sessio. 13. cap. 7.

**N**on absque magna sanctitate & reuerentia (*verba sunt Concilij*) cœleste hoc Sacramentum percipiendum est: præsertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus. *Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum. *Probet seipsum homo.* Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus



nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiā accedere debeat.

Ex his intelligitur solum peccatum mortale, quod cognitum confessione purgatum non sit, impedire accessum ad Eucharistiā: Contra contritionem & confessionem esse vestem nuptialem, qua qui sit exornatus, securè possit accedere. Quod sufficit ad multas conscientiarum anxietates tollendas.

PRÆPARATIO EX CATE-  
chismo Romano.

**V**OCATUR hoc Sacramentum PANIS QUOTIDIANUS, quod vel quotidie sit accipiendum, vel ita sanè viuendum, ut quotidie possimus accipere. *Ad idem.*

Ij qui dicunt rarò accedendū ad hoc Sacramentū, audiāt quid dicat Ambrosius: *Si panis quotidianus est, cur sumis post annū?* Idē notat Christū antequā Apostolis hoc Sacramentum daret, quamvis iā mūdi essent, pedes eorū lauisse, ut declararet omnē diligentiā adhibendā esse, ne quid nobis ad summā animi integritatem & innocentiam desit, cū sacramenta percipientes sumus. **Vi.**



Vt enim arca fœderis, qua nihil præstantius Israëliticus populus habuit, cui etiam per illam maxima & innumera-bili beneficia Dominus tribuerat, à Philistæis ablata summam illam pestem & calamitatem cum æterno dedecore cōiunctam importauit: sic contraria planè hoc Sacramentum apud dignè atq; indignè communicantes efficit, vt cibi stomacho benè affecto corpus alunt & sustentant: vitiosis humoribus pleno, ægrum efficiunt.

Hinc illud D. Pauli. *Ideo inter vos infirmi multi, & dormiunt multi*, quia scilicet indigni ad hunc cibum accedunt.

Docet deinde idē auctor, primam esse præparationem discernere mensam à mensa: coelestem hunc panem à communi. Atque hoc fit; cū certò credimus præsens esse verum corpus & Sanguinem, quem in cœlo Angeli adorant: ad cuius nutum cœli contremiscunt & paudent: cuius gloria plenum est cœlum & terra, Hoc nimirū est diiudicare corpus Domini, quod Apostolus admonuit: cuius tamen mysterij magnitudinem venerari potius oportet, quàm eius veritatem curiosius perquirere.

Altera præparatio, inquit, maximè necessaria est, vt vnusquisque à seipso quarat,



quærat, num proximos verè atq; ex animo diligat. Nam si quid apud te aduersus aliquem inueneris odij, deponendū id est, & reconcilianda gratia.

Deinde si cuius peccati mortalis reum te arguit conscientia, expiandum id est confessione.

Præterea cogitandū quòd tanto beneficio simus indigni. Quare illud Centurionis, cuius laudator fuit ipse Dominus, ex animo dicendum est. *Domine non sum dignus.*

*Matth. 8.*

Exquirendum etiam à nobis ipsis, an illud Petri vsurpare nobis liceat. *Domine tu sis quia amo te.* Meminisse enim oportet, eum qui sine veste in nuptiali conuiuio Domini accubuerat, sempiternis pœnis addictum fuisse.

*Ioan. 22.*

*Matth. 23.*

Neque animi solum, sed etiam corporis præparatione opus est, nam ieiunium debemus accedere, ita vt saltem à dimidia antecedentis dici nocte, vsq; ad illud temporis punctum, quo S. Eucharistiam accipimus, nihil omnino comederimus aut biberimus: & qui matrimonio iuncti sunt, rationem debent ducere tanti Sacramenti.

P R Æ



PRÆPARATIO EX S. THO-  
ma & S. Hilario.

**S**. THOMAS cum S. Hilario, ubi-  
que docet nos solo peccato mor-  
tali arceri à suscipiendo Eucharistie  
Sacramento. Idem habet Conc.  
Trident, ut dictum est.



PRÆ-



# PRAEPARATIO EX LVD. GRANATENSI.

Ad fru-  
ctuosam  
Commu-  
nionem re-  
quiruntur  
tria.

Puritas  
mentis,

Intentio  
recta, ut  
commu-  
nices.

Vt à peccatis mortalibus  
abstineas, & de commis-  
sis ex corde doleas.

Vt omne odium & auersio-  
nem à fratre, deponas,  
quia est Sacramentum  
Unionis.

Vt ab omni turpitudinis spe-  
cie abhorreas, quia sumis  
corpus purissimum.

Vt coneris etiam venialia  
vitare peccata, & cogi-  
tationes vanas & inuti-  
danes, quia devotionem  
impediunt.

Non, ex consuetudine.

Non, ut placeas hominibus.

Non, ut tuam consolationem  
quaras.

Sed ut verum Christi spi-  
ritum imbibas: nempe  
veram charitatem erga  
Deum & proximum, pro-  
fundam humilitatem, &  
ardens patiendi cum  
Christo desiderium.

Ut



Deuo-  
tio a-  
ctualis.

Vt ores Deum sine distra-  
ctione.

Vt piè & spiritualiter erga  
Christum sis affectus.

Vt magna reuerentia eum  
adeas, tanquam filium  
Dei, & Creatorē mundi,  
tuumq; redemptorem.

Vt magno cū desiderio &  
fame spirituali hūc ca-  
lestem cibum, conside-  
rando ingētes eius fru-  
ctus sumas.

Post com-  
munio-  
nem.

1. Age Christo gratias, quod dignatus  
sit anima tua domum intrare.

2. Exerce actus amoris, quasi spiritua-  
liter eum complexando, tangendo, os-  
culando & rogando ut tecū maneat.

3. Expone ei misérias tuas, inspiratio-  
nes, & seruienti ei desideria. Pete ut  
domum tuam veris virtutibus ex-  
ornet.

4. Orationem vocalem ex officio B. V.  
adiunge.

5. Diem communionis maiori modestia  
& pietate, quàm reliquos, transige,  
ne calor deuotionis facile pereat.

REME-





## REMEDIA

CONTRA VARI-  
AS TENTATIONES,  
QVIBVS DAEMON HOMI-  
NES PIOS, ET S. EVCHARI-  
stiam frequentantes agitare solet, ex va-  
rijs Doctoribus, pro omni hominum  
genere, maximè autem pro vitz spi-  
ritualis studiosis collecta.

## AD LECTOREM.

**E**cce tibi, Amice Lector, va-  
ria remedia & valde utilia,  
contra varias tentationes,  
quibus indies humani gene-  
ris hostis nos conatur impetere, afflige-  
re & defatigare: speciatim autem e-  
os, qui contemptis voluptatibus mundi  
& carnis, vitæ spirituali se dediderūt,  
omnemq; operam nauant, vt perfectā  
sui victoriam consequantur. Lege igi-  
tur illa attentè, non secus, quàm si es-  
sent



sent remedia infirmitatis corporalis,  
qua noctu diuq̃ cruciareris. Nam cum  
anima multo sit corpore nobilior & ex-  
cellentior, ratio postulat, vt etiam lon-  
gè auidius quaratur antidota, quibus  
aut presentes, aut futuri eius morbi de-  
pelli possint. Et si aduertis illa tibi pro-  
fuisse, da gloriam Domino Deo, & ora  
pro eo, qui amore sue diuina Maiesta-  
tis, & salutis animarum sanguine  
Christi redemptarum, illa collegit. Cui  
sit laus omnis, honor, & gloria, cum  
Patre & Spiritu sancto in  
secula seculorum,  
Amen.



QVID



*QV ID MAXIME DAE-  
mon conetur impedire.*

**N** I H I L eque inter omnia Dæmon  
conatur impedire, ac sanctorum  
Sacramentorum frequentiam : experi-  
entia enim didicit, nulla re efficacius re-  
gnum suum euerti, & iniquas machina-  
tiones suas labefactari. Nec enim solū  
in ijs gratia Sacramentalis recipitur, cu-  
ius minimus gradus sufficit ad resisten-  
dum omnibus inferni dæmonibus, sed  
etiam frequentando illa homo exercet  
se in ijs virtutibus, quæ vehementer dæ-  
monibus displicent, vt in fide, spe, cari-  
tate, humilitate, oratione, contemptu  
mundi, fuga peccatorum non modo  
mortalium, eorumque occasionibus,  
sed etiam omnium venialium, quo ad  
humana fragilitas patitur, ac denique in  
omnibus ijs præstandis, quæ dæmones  
maximè oderunt. Nihil igitur mi-  
rum, eosdem tot artibus & modis san-  
ctissimorum Sacramentorum frequen-  
tiam impedire.

*QV AE I M P E D I M E N T A  
Demon obijciat frequentationi  
Sacramentorum.*

P. R. I.



PRIMUM est, Humanus respectus  
vnde utitur opera cuiusdam tyranni  
crudelis, cui nomen est, QUID D  
CENT HOMINES? Dicent me fa  
ctum sanctulum, hypocritam, adula  
torem, &c. O quot Dæmon hac via  
uocat à bono proposito!

II. est, quod persuadet hominibus  
ad frequentandum rectè Sacramentū  
deferendas, esse omnes recreationes: ita  
que repræsentat eis viuendi rationem  
tam arctam, seueram, & melancholicā  
ut terrorem quendam eis iniiciat. Atque  
interim cōlat, plerisque omnes, qui hoc  
Sacramentū frequentant, lætiores esse,  
minusque melancholicos, quàm alii  
serint: quosdam etiā ita affectos, in  
ternoque gaudio perfusos, ut cum nullo  
Mundi Principe statum suum commu  
mutare velint.

III. Proponit oculos excellentiā  
huius Sacramēti, & propriam commu  
nicantium indignitatem, qua nempe  
longissimè distent à Sacramento. Et  
quod peius est, quando eos auocare nō  
potest, execratur eos, quasi nimium de  
se præsumant, & humilitatem afferant  
superbia circumuestitam. Atque inter  
rim non permittit eis tempus confide  
randi, si ratio nostræ dignitatis habeat  
ne, ac senel quidem quoque anno, in  
ne



nec in tota vita vnquam esse communi-  
candum. Quasi verò indusium mun-  
dius sit, si semel lauetur in anno, quàm  
si lauetur omni septimana.

III. obijcit, non esse possibile ita ab-  
stinere à peccatis, vt toties dignè possis  
communicare: & interim cælat, quàm  
multi per frequentationem Sacramen-  
ti, à consuetudine peccatorum, quibus  
antè erant immersi, sint abstracti. Cælat  
etiam eos, quòd beneficio huius Sacra-  
menti homo verè fiat castus, humilis,  
misericors, mundi contemptor, fortis  
in aduersis perferendis, & constans in  
studio pietatis.

V. Inijcit in mentem multa dubia de  
hoc Sacramento: an sit, vel non sit co-  
pus Christi in illo; & quomodo sit? Et  
quosdam, maximè dum communica-  
turi sunt, ita vexat his dubijs, vt tandem  
à Communionem abstineant. Et interim  
occultat, quàm mirabiles effectus quo-  
tidie ex frequentatione huius Sacra-  
menti existant. Multi enim, qui in rebus  
diuinis erant cæci, vident: surdi audiunt:  
claudi ambulant alacriter in via Do-  
mini: leprosi, & immunditia pleni, sunt  
pleni castitate. Et qui in peccatis erant  
sepulti, potius volunt mori, quàm sci-  
enter committere etiam vnum pecca-

F

tum



tum veniale. Vnde quæso hæc mutari  
dexteræ excelsi? si ibi nō est vera huma-  
nitas & diuinitas Saluatoris.

VI. Tot turpes cogitationes obijci  
maximè nocte, quæ antecedit Commu-  
nionem, & fœda somnia: vt nonnulli  
sic quoque absterruerit. Vnde legi-  
mus, quendam ex antiquis Patribus  
semper nocte Communionem præce-  
dente, incrisisse in pollutionem: quod  
cū obseruasset à Dæmone procurari  
in despectum eius nihilominus cōmu-  
nicauit, & sic pollutio cessauit.

VII. Ponit ob oculos defectus & im-  
perfectiones quorundam qui Sacramen-  
tum frequentant, & alijs sunt scandalo  
nec interim aperit, quàm multi miracu-  
losè in alios homines sint mutati. Et  
inde sequeretur nos non debere uti vi-  
no, gladio, cultris, quia multi illis abu-  
runtur.

VIII. Opponit, Familiaritatem ni-  
miam cum S. Sacramento, parere con-  
temptum. Cui respondendum est. Qui  
non habet familiaritatem cum Deo, ha-  
bet cum dæmonio: cū dicat Christus:  
Qui non est mecum, contra me est. De-  
inde cū D E V S velit se vocari à  
nobis P A T R E M, vult quoq; secum a-  
gi familiariter. Familiaritas ergo non  
omnis parit contemptum, sed quæ ini-  
tus



## COMMUNIONE. 59

tur cū hominibus imperfectis: eò quòd homines in hominibus facile solent notare quasdam imperfectiones, ob quas se mutuo contemnunt. In DEO autem nulla imperfectio notari potest. Et ideo Angeli, qui familiarissime semper DEO assistunt, summa cum reuerentia DEO seruiunt.

### DECEM TENTATIONES

*Dæmonis, contra Frequentatores  
Sacramentorum.*

**Q**UANDO Dæmon nequit S. Sacramentorum Frequentationē impedire, conatur varijs modis affligere eos, qui illa frequētant, præcipuè autem his.

**PRIMA TENTATIO.** Facit, vt ab alijs rideātur, & appellentur Iesuitæ, ac etiam à suis domesticis exagitentur, vt, data quauis occasione dicant: Verè hic est, qui toties communicat: & si videant eum aliquando subirasce, exclament, & alia similia agant.

**II. TENTATIO.** Ob oculos ponit, eos non esse dignos tam crebra Cōmunionē. Cui respondendum est, se idcirco adire Eucharistiam, vt fiat dignus. Deinde, tum quempiā esse dignum, quādo est in Dei gratia: esse autem in gratia,

G 2 du



dum est confessus. In Confessione animam recipitur vestis nuptialis, qua secundo ad has sanctas nuptias accedi potest. Adhuc se id facere, ut placeat Dominum Deo ad id inuitati. Atque etiam quia hoc Sacramentum est animae nostrae panis. Praeterea, nos ire tanquam infirmos ad medicum, ut inopes ad dominum opulentum, ut filios prodigos ad clementissimum patrem, qui suauissimo, amantissimoque vultu semper nos recipit. Accedit quod sicut Christus Dominus noster, cum esset in mundo, nunquam aliquem repulit, sed omnes amanter recepit, ita nunc libentissimè, cum naturam suam non mutauerit, suscipit omnes, qui ad ipsum in Sanctissimo Sacramento existentem veniunt.

III. Tentatio est. Conatur quosdam reddere scrupulosos, ut arbitrentur peccare se, ubi nihil peccant, vel ut frequentationem Sacramenti deserant, vel ut semper sint afflicti, & timore pleni. Remedium autem praeceptum est, in omnibus, & per omnia credere Confessionem.

IV. TENTATIO. Persuadet quibusdam, eos nullum ex Communionem capere fructum meliores fuisse, cum frequentarent Sacramenta. Quae tentatione daemon, vel gignit, in illis rediit quoddam Sacramentorum, vel certe in

anxi



anxios reddit, & mentes eorum obtun-  
dit, vt nullam vnquam percipiant con-  
solationem. Remedium huius tenta-  
tionis est, bonum signum esse quod cū  
fructu Sacramēta suscipiantur, quando  
agnoscimus, nos nullum facere fructū.  
Nam, teste S. Bernardo, vnum ex certis-  
simis signis præsenti in anima Spiritus  
sancti est, teneri desiderio maioris  
gratiæ, & agnoscere exiguum in se fru-  
ctum. Alterum remedium est, cōsapius  
accedere ad hoc Sacramentum, dicen-  
do: Si ego cum tantis auxilijs nihil pro-  
ficio, quid fieret, si illis quoque destitu-  
tus essem? Præterea, quamdiu cogita-  
mus facere bene, nunquā deferendū  
est bonum. Cū ergo hæc Sacramēta  
sint omne bonū nostrum, magna stul-  
ticia foret, tantum bonum relinquere,  
cū spe benefaciendi. Imitandus est  
filius prodigus, qui existens in tantis  
arumnis, dixit: Ibo ad patrem meum:  
cui omnia ex voto successerunt.

Et S. Catharina Senensis, cū Dæ-  
mon obijceret, ipsam esse damnatam,  
& ideo orationes, omniaque bona ope-  
ra nihil ei prodesse, respondit: Si dam-  
nata sum, plus boni faciam, quā vn-  
quam: opera bona duplicabo, amabo  
Deum, quantum possum & valeo: ad  
hæreb



hærebo illi, & toto vitę tempore ei placere conabor, quia in inferno nō potero illum amare, nec quidquā boni facere. Et sic Dāmōnem pudefecit.

V. Tentatio. Multas tentationes immittit non aullis, quas nunquam assenserant: quod contingit, vel quia illi, vt tenuiter resistebant tentationem, ita nec aduertebant esse tentationem, vel quia Deus illas permisit, ob maiorum utilitatem. *Qui enim non est tentatus*, inquit Scriptura. *Quid sit?* Et alibi *Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & prepara animam tuā ad tentationem.* Et S. Paulus dicit, *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.* Itaq; bonum est, quando quis hoc plus affligitur quō frequentius communicat.

*Eccl. 34.*  
*Eccl. 2.*  
*1. Tim. 2.*

VI. Tentatio. Obijcit menti curas domesticas & negotia, quæ impediunt orationem. Huic respondendū, quōd qui maiores habet occupationes, hoc plus egere diuino auxilio: Et quia solo peccato moriamur ab hoc Sacramento, quoties quis se eius reū nō putat, aut, si putat, confiteretur, securē poterit illud accedere.

VII. Tentatio est. Timor vanæ gloriæ, dum quis intelligit se laudari, aut vituperari. Quōd ad primū attinet respōde Tentationi, quod respondit S. Bernardus, cum Remon ei suggereret, vt ob vanæ gloriæ



periculū prædicandi officium defereret,  
O Dæmon, inquiebat, nec cœpi prædi-  
care propter te, nec desinam propter te.  
Quod ad secundū attinet, magna stulti-  
tia est, deferere Deum, bonorumque o-  
perum exercitiū ob dicta aliorū. Nec ta-  
les alij sunt, quā arundines vēto agitatæ.

VIII. Tentatio, Obijcit frequenter  
communicantes debere semper vacare  
orationi. Quod ille facit, vel vt eos red-  
dat infirmos, vel vt familiam in eos cō-  
citet, si ob orationem rem domesticam  
negligant. Remedium huius est, statis  
horis attendere nunc orationi, nunc  
laboribus, nunc curādæ rei domesticæ:  
ac de oratione quidem agere cum Con-  
fessario, eiusque consilium sequi.

IX. Tentatio est. Occultis quibusdam  
modis continenter animum Deo serui-  
entium reddit inquietum, obijciendo  
illis defectus in oratione, Confessione  
& Communione, alijsq; rebus spirita-  
libus commissos. Cum hac tentatione  
non est disputandum, sed opus est hu-  
miliare se ex corde, & agnoscere se mul-  
tò pluribus defectibus jobnoxium, quā  
Dæmon, vel alij sciant: atque ideo pro-  
pius velle adiungere se Christo, vt ab eo  
ratio bene orandi, confitendi, & com-  
municandi perdiscatur. Si enim nos de-  
ficiamus.

¶

ficiamus.



ficiamus in seruitio illi præstando, ille tamen non deficit in defectibus nostris condonandis. Quare ob nullum defectum Dei deserendi causam habemus: imò nullus maior defectus est, quàm deserere seruitium suæ diuinæ maiestatis. Quod si causam dolendi habemus ob defectus nostros, multò maiorem gaudendi habere debemus, ob amorem eius in nos, & summam ignoscendi nobis promptitudinem, ac perpetuum auxilium, quod beneficio Sacramentorum suppeditat, ad cauendos defectus.

X. Tentatio. Reddit quosdam admodum anxios, quasi non bene sint cōfessi: nō dixerint omnia peccata: conscientiam non satis aperuerint, & alia huiusmodi: vnde sæpius communicantes primario quodam huius sancti Sacramenti effectui priuat, nempe, refectione, & consolatione spiritali. Cumq; Domino in domum suam recepto, deberent esse læti & hilares, vt fuit Zachæus, redduntur omnino melancholici & tristes, cogitantes de peccatis memoria cecidisse. Vnde ingens mox nascitur timor, pusillanimitas, tristitia inordinata, ac incredibile Confessariorum fastidium. Pro cuius tentationis antidoto cōsideranda sunt sequentia documēta.

Documentum, I.

PRAE-



## COMMUNIONE.

165

**P**RÆMISSA sufficienti præparatione confiteri, certòque confidere, omnia peccata esse remissa, à Iesu Christo Domino nostro, etiam ea, quæ occulta fuerunt, vel memoria exciderunt: nec quidquam de hac re dubitare: *Documentum II.*

Aliam præparationem requiri pro confessione annua, aliam pro mēstrua, aliam pro hebdomadaria, aliam deniq; pro biduo: quia pro hac preuissimum sufficit tempus.

### *Documentum III.*

Neminem esse obligatum ad confitenda peccata venialia, nisi quando dubitat, an sint mortalia, vel venialia. Quoties ergo quis non se sentit grauius peccato mortali, si copiam Confessarij non habet, potest, potest securè sacram communionem accedere.

### *Documentum IV.*

Et si verò nemo obligetur ad Confessionem peccatorum venialium, tamen, salutare est illa confiteri, tum quia confiteri, tum quia confitendo noua semper obtinetur gratia, tum quia homo facilius vitam suam emendat: deinde, quia multa sunt mortalia, quæ videntur venialia. Poena quoque venialibus peccatis debita, citius deletur. Hæc

F 5

omnia



omnia S. THOMAS. Habitus denique  
confitendi venialia, facit, ut habet  
*etrus Paludanus*, ut ab illis abstineamus.

*Documentum V.*

In modo confitendi, numerumque  
peccatorum, ceterasque circumstantias  
exprimendi, sequatur omnino iudiciū  
Cōfessarij, qui conscientiam eius benè ha-  
bet perspectā. Quando verò se existima-  
ret op<sup>o</sup> habere cōfessione, ille autē dice-  
ret, eū posse cōmunicare, securus acce-  
dat, modò conscientiam peccati mortā-  
lis nō habeat: lucratur enim & id, quod  
lucratus esset confitendo, & multò plus,  
ob illam obedientiam, sui que victoriā  
per fidem quoque, dū cogitat, quicquid  
dicitur est à Confessario, sibi dicere à  
Deo. Vnde meli<sup>o</sup> in corde sibi dici au-  
diret: *Fides tua te saluum fecit.*

*Document. VI.*

Sicut homini timorem DEI nō ha-  
benti, nihil facilius est, quàm peccare  
mortaliter: sic ei qui mauult mori,  
quàm mortaliter peccare, admodū dif-  
ficile est peccare mortaliter. Qui ergo  
talem animum habet, non facile existi-  
mare debet, se admisisse peccatum mor-  
tale.

*Document. VII.*

Quando quis cōscientiam suam nō  
sentit.



sentit alijs grauata peccatis, quàm venialibus, non tenetur omnia sigillatim confiteri, sed satis est confiteri aliqua: de reliquis verò generaliter agnoscere se culpabilem: & sic omnia remittuntur, vt docet Syluester in Summa.

Document. VIII.

Duo maximè solent turbare homines spirituales. Primo cogitationes, secundo detractiones. Quod ad primum attinet, sciendum est, cogitationem prauam non esse peccatum, nisi illi consentiamus. Signum autem, quod ei non consentiamus, est, quādo displicet nobis cogitatio, & nollemus eam habere, ac quādo malumus in animo potius mori, quàm mortaliter peccare. Quod ad secundum, sciendum est, quando quis nulla intentione, per loquacitatem, aut alia de causa, mali aliquid dicit de alio, non committere peccatum mort. sed vel nullum, vel veniale: si inde sequeretur iactura famæ alienæ magna, modò res nō sit publica, vt docet Fumus in Armilla.

Documentum IX.

Quamuis, qui vult proficere in spiritu, sedulò debeat abstinere etiā à peccatis venialibus, vulgata enim Doctorum sententia est: potius permittendum



dum, ut pereat mundus, quàm vnum peccatum veniale committendum: tamen quando illud committit, debet de eo dolere, cum proposito, non amplius committendi, & veniam à Deo postulare, atque ita quiescere. Sunt autem duo peccatorum venialium genera. Alia sunt scienter prudenter commissa, & hæc diligenter fugienda sunt, quia disponunt ad mortale, & magnum damnum animæ adferunt. Alia committuntur ex fragilitate, ignorantia, & inconsideratione: & hæc permittit Deus, ut nos humiliemus, & submissè de nobis sentiamus, alijsque de causis. De his intelliguntur illa verba Scripturæ: *Septies in die cadit iustus, & resurgit.*

*Documentum X.*

Bonum est, ut qui sapius vna hebdomade confitetur, citò se expediat, tum ne fiat scrupulosus, tum ut Confessario detur tempus illum instituendi, atque etiam, ut detur bonum exemplum circumstantibus, ac alijs expectantibus confitendi locus, qui facile in hæc verba erumpere solent. Quid ille, cum toties confiteatur, tam diu adheret Confessario?

**MODVS CONFITENDI, PRO**  
*ijs, qui Sacramenta frequentant.*

**BONVM**



**B**ONVM est, vt Pœnitens eam Confitendi rationem sequatur, quâ Confessarius præscripserit, sicut in rebus ad corporis valetudinem pertinentibus, sequitur præscriptum Medici, maxime cum Medicus sæpè soleat in suis antidotis præscriptis errare, & erret. Deus autem, teste S. Brigitta, non facile sinat Confessarium errare in rebus ad animam spectantibus. Ordo verò generatim huiusmodi præscribi posset, vt Pœnitens primò se accuset de peccatis cordis, hoc est, de malis cogitationibus, de iudicijs, prauis desiderijs, suspicionibus, odijs, &c. 2. De peccatis oris, vt de mendacijs, explicando num studio, an imprudenter sint dicta, De verbis otiosis, de detractionibus &c. 3. De custodia sensuum. 4. De operationibus, secundum statum proprium. 5. Quod Deum non ex toto corde dilexerit, nec proximum sicut seipsum. Quod gratias pro beneficijs nō egerit, quod Sacramenta cū debita deuotione non accesserit, &c.

## VERBI GRATIA.

**F**Acro signo crucis, & dicto Confiteor. vsque ad *Ideo precor*. Si tempus sit, dicere. Pater, dico meam culpā, vel accuso me, quod admodum negligens



HO DE FREQUENT.

gens fuerim in repellendis cogitationibus prauis omnis generis, quodque mentem non occuparim cogitationibus pijs & sãctis: nec humiliter de me senserim,

Præterea me accuso, quod non bene refrenarim meam linguam; multa verba vana, otiosa, & inutilia effutierim de proximo quoque meo, non eo amore locutus fuerim, ac debebam, & quemadmodum alios vellem loqui de me: non misertus sim eorum defectibus, sicut meis: nec rationem præsentis Dei & angeli custodis habui.

Fateor etiam culpam, quod non custodierim meos sensus, maximè oculos, nec à me, vel aliis omnes occasiones offendendi Deum remouerim.

Dico meam culpam, quod actiones meas non instituerim, vti debebã, syn-  
cera intentione ad gloriam Dei. Familiam item meam, nõ, ut oportet, monui & correxi. Multis in rebus locum dedi iræ, & impatientiæ, nec omnia, quantumuis minima, tanquã è Domini Dei manu suscepi, sed passus facilè sum conturbari cor meum.

Deniq; me accuso, quod neq; Dominum Deũ toto corde, neque proximũ, sicut me ipsum, dilexerim: nec gratias pro beneficijs continenter hætenus  
mibi



mihi præstitis rependerim: maximè,  
quod tanto amore se mihi dederit. Et  
quod non cum fructum ex his san-  
ctis Sacramentis, quem debebam perce-  
perim. *ideo preior, &c.*

MODVS CONFITENDI PRO

*eo, qui dubitasset, num omnia con-  
fessus fuerit.*

**P**RIMO, dictis omnibus succinctè,  
quorum meminit, dicat. Et de om-  
nibus peccatis meis, mortalibus & ve-  
nialibus, occultis, & manifestis, magnis  
& parvis, quæ feci, dixi, vel cogitavi, cor-  
de, ore, vel opere, contra Deum, proxi-  
mum, & contra meipsum ex fragilita-  
te, malitia, vel omissione, à tempore,  
quoad usum rationis perueni, in hanc  
vsq; horam, dico meam culpam, meam  
magnam culpam, meam grauissimam  
culpam doleoq; me non ea reuerentia,  
qua debui hoc Sacramentum accessisse,  
nec eū dolorem sentire de peccatis, quæ  
oporteret: obsecrans interim Dominū,  
vt per Christi sanguinem, huius omni-  
umq; aliarum confessionum defectus  
supplere velit: & te Patrem meum spiri-  
tuale, vt velis mihi iniungere penitentiam,  
& dare.



& dare absolutionem, ac orare pro me  
misero peccatore Dominum Deum  
nostrum.

---

ALIVS MODVS BREVIOR.

**Q**UAMVIS omnia hactenus dicta  
utilia sint conscientijs scrupulo-  
sis & anxijs, nihilominus, qui sæpius in  
hebdomade confitentur, debent, ob ra-  
tiones suprà allatas, multò esse brevio-  
res, & Confessario fidere, cogitareque,  
eum non intermissurum interrogatio-  
nes, si iudicavit necessarias. Et sicut, quā-  
do ille poenitentem adire Communio-  
nem iubet sine Confessione, debet, si  
peccati mortalis conscius non sit, ala-  
critè adire, omni post habito metu, sic  
prorsus observare debet modum con-  
fiteri à Confessario præscriptum.

---

VERBI GRATIA.

**C**ONFITERI peccata quib⁹ gra-  
uari sentit conscientiam, & dein-  
de petere Absolutionē ut si dicat. Post  
extremam meam Confessionem accu-  
so me, quod semel sim mentitus, ter de-  
traxerim proximò, sæpius iratus fuerim,  
&c. negligens quoque in repellendis  
malis cogitationibus, nō amarim Deū  
ac pro-



## COMMUNIONE. 119.

ac proximum vt. debebam, non confor-  
marim meam voluntatem diuinæ, non  
egerim pro receptis beneficijs gratias,  
non rectè custodierim sensus, maximè  
oculos. De quibus, alijsq; multis, quæ ar-  
bitror me commisisse, sed non occur-  
runt, dico meam culpam, & rogo te Pa-  
ter, vt mihi dare velis absolutionem, ac  
pro me orare.

### MODVS CONFITENDI,

*quando est magnus confitentium con-  
cursus, vt diebus festis.*

**Q**UANDO is qui crebrius confite-  
ri solet, pridie confessus est, non  
deberet rursus confiteri postridie,  
nisi aliud præscripserit Confessarius: si  
autem confiteatur, vno verbo, si possit  
fieri, exponet, quid conscientiam gra-  
uet, vt detur locus alijs, qui cupiunt re-  
conciliare se, vel communicare.

**EVM, QUI MOREM HABET**  
*sæpè communicandi, si, ob absentiam Con-  
fessarij, vel quia ita voluit Confessarius,  
confiteri nequeat, non debere angi animo,  
vel à communione abstinere.*

*exemplo S. Mechtil.*

**S.** MECHTILDIS cum quodam  
die statuisset communicare, & ob  
Con-



114 DE FREQUENT

Confessarij absentiā, admodum turbaretur, magno dolore animi coepit confiteri Deo omnia sua peccata, & negligentias: cumq[ue] sentiret certò sibi illa remissa, magnas Domino gratias egit. Qui ei respondit. Sicut, qui magni Regis aduentum expectat, mox domum suam expurgat, ne sit, quod eius oculos offendar: cum verò rex iam tam vicinus est, vt sordes efferre domo non possit, eas conijcit in angulum, postea eiiciendas: sic etiam quando tu habes voluntatem & desiderium peccata confitendi, nec de cætero ea committendi, sic è còspectu meo remouentur, vt eorum non recorder amplius.

ANTE COMMUNIONEM

*quid fieri debeat iuxta S. Mech-  
tildem.*

**P** R I M O nudanda est conscientia, sicut Christus corpus suum demonstrauit nudum. Si enim illud denudauit ad flagella, quantò magis nos debemus nudare còscientiā ad verba? Debes ergo inspicere speculū virtutū Christi D. N. Ac primò quidem in speculo humilitatis Christi, homo debet considerare suam humilitatem, an animam suam inquit



inquinari aliqua superbiae vel vanae gloriae macula?

Secundo in speculo patientiae Christi debet inspicere suam patientiam, num in illa inueniat aliquem nauum impatientiae?

Tertio in speculo obedientiae Christi videat, num aliqua inobedientiae macula appareat in anima?

Quarto, in speculo amoris Christi, probet suum amorem, quantum videlicet amorē demonstrat erga Deū, quantum erga maiores: quam pacificus sit in aequales, quam pacificus in minores?

Et si inueniat in anima aliquid reprehensione dignum, conetur eā suauiter, candido humanitatis Christi panno mundare: in memoriā dulciter reuocando Christum esse nostrum fratrem, & tam clementem, vt vix homo agnoscat peccatum, quin ille misericorditer illud condonet. Verū diligenter cauere debet, ne animae maculas nimis durē & asperē abstergat, hoc est, citra diuinæ bonitatis considerationem, alioquin eam lædet & cruentabit potius, quam sanabit. Hucusq; verba S. Mechtildis.

REMÈ-



## REMEDIA ET DOCUMENTA

*ta pro scrupulosis, qui nunquam putant se rectè confessos, ex*

IO ANNE Ruysbruchio Doctore  
pio & erudito.

**H**ORTOR te, inquit, ut longas & prolixas fugias confessiones, quia turbabunt pacem pectoris tui, & complebunt scrupulis. Et scias, si usus fueris multis verbis non necessarijs, ut si confitearis omnia venialia, existimans sic fore conscientiam tuam tranquilliorē, & non potius confides in Deo, te non fore illuminationum diuinarum participem, Nec à diuina Maiestate instruendū, atque ita nunquam poteris distinguere inter peccatum magnum & paruum. Adhuc, si memoria exciderit aliquod peccatum, quod soles confiteri, eris admodum afflictus, & existimabis te non esse rectè confessum.

*Ex eodem.*

**D**E peccatis venialibus ( à quibus nemo in hoc mundo est immunis ) paucis verbis confitèbere, & generatim tantum, cum proposito benè semper agendi, & abstinendi ab omnibus peccatis mortalibus & venialibus,

EX



*Ex eodem.*

**T**OTVM fundamentum sanctitatis est Puritas conscientiae, quam consequeris, omni studio excutiendo te ipsum: & si deprehenderis te esse in peccato mortali, & alio graui, cōfiteri, & postea certò confide tibi esse remissum. Itaq; sæpè mentem eleuando ad Deum, dicere poteris. Domine propitius sis mihi peccatori.

*EX IOAN. TAVLERO.*

**Q**UOD ad peccata venialia attinet, (à quibus nemo in hac vita liber est.) ne sitis admodum solliciti, si non omnia sigillatim expresseritis in confessione: satis enim est à eo bono corde exposcere pro illis veniam, sic enim non eripietis tempus Confessario. Verè sufficit generatim illa fateri, nec enim tenemur confiteri, nisi solum peccatum mortale, vel de quo dubitamus, an sit mortale. Peccata enim venialia multis modis expiantur, nempe contritione, oratione Dominica, aqua benedicta deuotè sumpta, & genu flexione.

**REMEDI-**



## REMEDIVM PRO IIS QVI

*putant se carere debita contritione,*

*Ex eodem Thaulero.*

**S**I tibi deest contritio, doleas te eam non sentire, prout velles, & hoc sufficit: similiter si non sentis in te desiderium & amorem, quem velles, opta tantum ista habere.

Quando confessus fueris peccata mortalia, humiliter reliqua relinque Deo: & si sequatur remorsus conscientiae, resigna te divinae voluntati, donec libereris illo.

Credere debes Confessario perinde ac Deo, & ideo relinquere debes conscientiae anxietates, sis ne integrè confessus, an non confidens Deo, qui te non decipiet.

## REMEDIVM PRO EO, QVI

*sordidis cogitationibus vexatur.*

*Ex eodem.*

**O**BSECRATE, inquit ille, sis bono animo, tantum coneris eas eijcere, & tibi non nocebunt, ne disputa eum illis; nullo responde verbo; nihili facias. Conuerte te ad Dominum Deum toto corde.

REME



**REMEDIVM PRO IIS, QVOS**  
*Demon conatur inducere in desperationem,*  
*suggerens bona eorum esse perditam*  
*ipsoſq; damnatos.*

*Ex eodem.*

**O**mnem curam & ſollicitudinem  
 debes projicere in Deum, vt docet  
 S. P E T R V S, & in miſericordiæ eius  
 abyſſum, Nam vti nautæ quando pe-  
 riculum eſt naufragij anchoram in ma-  
 re abijciunt, vt ſaluentur: ſic in huius-  
 modi tentatione, debemus ſpei noſtræ  
 anchoram abijcere in mare paſſionis  
 Chriſti, & in diuinitatis abyſſum, per-  
 ſectam & firmiſſimam ſpem ac fiduci-  
 am conſtituendo in Deo.

**REMEDIVM PRO IIS, QVI-**  
*bus mens abundat cogitationibus ſædis,*  
*ex Doctore Henrico Suſio.*

**C**O G I T A R E peccatum nun-  
 quam habere rationē peccati ſi ne  
 voluntatis conſenſu, vnde ſi quis con-  
 tinenter mentem haberet obnoxiam  
 cogitationibus tam abominandis &  
 deteſtandis, vt neq; corde humano con-  
 cipi, nec lingua vlla explicari poſſint, &  
 in duos, aut tres annos durarent, ſed re-  
 pugnante voluntate & ratione nunquā  
 peccaret, ac proinde nec teneretur de  
 illis conſiteri.

**RE M E-**



REMEDIVM PRO IIS, QVI  
*quoniam voluptatem aliquam capiunt ex  
 dictis cogitationibus, ideo dubitant.*  
*Ex eodem.*

**S**I turpis aliqua cogitatio incidat, ex  
 qua aliqua voluptas percipiat, &  
 ob obliuionem non repente supprima-  
 tur, ita vt dubiū sit, an ei consenserit, &  
 mortaliter peccarit, nullo modo crede-  
 re debet se consensisse: tunc enim vo-  
 luptatis illecebra ita peruenta est, vt  
 multum temporis interueniat, antequā  
 aduertat. Quare, qui est alioquin homo  
 timoratus, nunquam arbitrari debet se  
 consensisse. Nam secundum S. Augusti-  
 num, peccatum tam est voluntarium,  
 vt si voluntarium non sit, nec sit quo-  
 que peccatum.

REMEDIVM PRO IIS, QVI  
*sapius in defectum aliquem incidunt, & in  
 de magnum fastidium capiunt.*  
*Ex Thaulero,*

**C**OGITARE Apostolos Christo  
 tam caros in defectus sepius lapsos  
 esse. Et crebro Deus sibi carissimo erra-  
 re & labi p̄silius est. Nec quisquam ad  
 magnam perfectionem ferè peruenit, qui



COMMVNIONE. 121

qui non prius in magnum aliquem defectum prolapsus fuerit.

Cum verò incideris in aliquem defectum, omni conatu & amore te ad Dominum Deum cōuerte, & cum profunda displicentia plus detesteris illum, licet exiguum, quod contra honorem & voluntatem Dei factum est, quàm omnem confusionem, damnum, poenam illo defectu promeritam.

Deinde ad Deum te conuerte cū firmo proposito illum cauendi. Nam (vt dicit Taulerus) magna quædam indignatio contra nos ipsos, iuncta proposito nō amplius delinquendi, cōuersioniq; syncere ad Deū, ac firmæ fiducię cōceptæ ex amarissima Passione, & immensa eius caritate, est vera pœnitentia.

REMEDIVM PRO EO, QVI

*dubitat, num sibi à Deo remissa  
sint peccata.*

Quamuis, inquit Taulerus, mater obliuiscatur sui filij, Deus tamen non potest obliuisci nostri, vt alibi dixit: tantaque est eius misericordia, vt non citius exigua stupa in ardentem fornacem coniecta absumatur, quàm citò Deus omnia peccata condonet, quando verè de eis dolemus. Et tam bonus est Deus,

G

vt



vt quod semel condonauit, nunquam impropere.

Henricus antè citatus ait, Deum tam esse misericordem, vt nulla quamuis durissima mater, tam citò & libenter matrem num porrigat suo dilectissimo filio in medijs flammis existenti, quàm Deus porrigit peccatori contrito, etiam si non die centies peccasset.

**REMEDIVM PRO EO,** *Quod*  
*hominem dolet de prateritis*  
*peccatis.*

**S.** Augustinus docet hominem debere dolere, quando recordatur peccatorum, sed de hoc dolore debere gaudere.

S. Bernardus dicit Deum non respicere, qualis quis fuerit olim, sed qualis nunc sit, & esse desideret. Et si verum est Deum, vt antè dictum est, tam promptè esse ad peccata condonanda, & omnium obliuisci, vt liquet in S. Petro, Paulo, S. Maria Magdalena, & alijs multum consolari in Domino debemus.

**REMEDIVM PRO EO,** *Quod*  
*laborat defectu, quem putat se non posse*  
*corrigere, & ideo affligitur.*

**S.** Gregorius ait, Dominum Deum qui



quibusdam nonnunquam negare minora dona, quibus largitus est maiora: & quibus dedit gratiam expugnandi peccata magna, non dedisse ad expugnandum defectus paruos, vt nimirum ridendi, & gaudendi, citò irascendi. & alios similes, vt occasionē habeāt gloriā dandi Deo, cuius munere cū vicerint monstra tam grandia, nō possunt tamen vincere minimas formicas. Atque ita causam habeant se humiliandi.

Ait Taulerus, Deum aliquando permittere, vt ne lectissimi quidem ipsius serui immunes sint ab huiusmodi defectibus, vt iræ, indignationis, asperiorū verborum, & aliorum similium, vt occasionem illis det conseruandæ humilitatis. Itaque defectus illi sunt instar cinerum apud illos, quibus diuini amoris ignis conseruatur. Quare neque debent ob istiusmodi lapsus terri, nec spem abijcere, sed multo amplius se humiliare. Atque ita fiet, vt occasionem habeāt semper quæstum aliquem ex diuina gratia faciendi, ac Deus metet, vbi non seminavit.

G 2

REME.



REMEDIUM PRO IIS, Q  
*in defectum lapsi valde excruciantur*

Quidam dum defectum aliquem  
mittunt, tantam crucem & per  
bationem in animo experiuntur, ut  
ius ex ea dispendium, quàm ex ipso  
fectu hauriant. Atq; etiam, quia  
prium culpæ est, conscientiam rem  
dere, nonnulli ab hoc remorsu ita  
mo deiiciuntur, ut summa amaritudo  
cor adimpleant. Vnde semper inquit  
& diuina consolatione destituti, pro  
animo deficiunt, & vires, quas ad be  
faciendum antè habebant, perdunt.

Solet autem id quandoq; pro  
ex occulta quadam superbia, qua ho  
existimat se talem esse, cui non debet  
talis defectus contingere. Humilis  
contra cogitat nouum non esse, con  
deratà imbecillitate sua, multos lap  
erroresq; committere. Aliquādo et  
oritur ex pusillanimitate, dum  
agnoscimus gratiam nostræ redem  
onis, nec utimur antidoto à Christo  
passionem & mortem suam relicto.

Primum ergo remedium est, col  
rare huius Domini bonitatem, &  
quam spem misericordiæ ipsius de  
mere, cum abundantissimè satisfacere



pro peccatis non solum nostris, sed etiam totius mundi. Quæ ergo diffidentia nobis esse debet sub tanti benefactoris alis? Quam poenitentiam nos agere poterimus, aut quam satisfactionem nostrâ Deus poterit recipere satisfactione filij sui maiorem? cū ab hac omnes nostræ satisfactiones suam vim habeant & efficaciam? Quid verò aliud sunt omnia mundi peccata collata cum eius meritis, nisi exigua festuca respectu ignis infiniti?

RESPONSIO AD OBIECTIONEM.

**D**icit aliquis, se quotidie, & omni hora committere peccata, nec vnquam verè se emendare, atq; ideò se timere. Ad hoc respondetur, verè timendi causam illum habiturum esse, si Christus pro peccatis, quæ indies fiunt, adhuc esset crucifigendus: sed cū semel mortuus sit pro omnibus peccatis præteritis & futuris non esse causam timendi, vel misericordiæ eius diffidendi.

RESPONSIO AD ALIAM OBJECTIONEM.

G 3

Qui.



**Q**uidam dicunt, cum quotidie multa beneficia à Deo accipiant, se maximo dolore, & immenso timore cōcuti, ex tam crebris in singulas horas lapsibus. Sed respondetur, sicut nulla ex re magis hominis malitia demonstratur, quàm quod inter quotidiana Dei beneficia, ille pergat in multiplicandis peccatis, sic nulla ex re magis apparet diuinæ bonitatis magnitudo, quàm quod beneficijs & gratijs continenter pluat in eos, qui peccare non cessant. Itaque peccatum nostrum causam dat, vt diuina bonitas excellentius resplendeat.

Debemus in hoc casu facere, quod faceret seruus quispiam, fidelis quidem, sed non admodum in officio suo exercitatus, qui, habens dominum benignū & bonū, dū aliquando errorem aliquē committit, etsi ex vna parte doleat se errasse, & pro nullā re mundi veller id contigisse: ex alia verò, memor bonæ Domini naturæ, se, vt aliās, veniā errati impetraturum, totus exultat & lætatur, cum intentione in posterū lapsum illum cauendi: sic nos agnoscentes peccatum nostrū, debemus de illo dolere, cum proposito de cetero non peccandi: Et loco tristitiæ ex timore ortæ, debemus lætari cum spe diuinæ misericordiæ,



diæ, ac nos ipsos confortare.

Quemadmodum ex viperis admodum venenatis, conficitur antidotum aduersus venena, sic ex nostris peccatis (eo modo, quo supra dixi, consideratis) debemus conficere quasi antidotum contra venenum peccatorum, & inimici oculos proprijs armis excæcare; vt occasionem habeamus Deum magis amandi, & peccata diligentius cauendi. Atque ita duas primarias virtutes, humilitatem & charitatem lucrabimur.

**QVOMODO PER DEFECTUS**  
*faciamus lucrum humilitatis, &  
 sanctæ caritatis.*

**Q**UEMADMODVM defectus nostri efficiunt, vt cognoscamus nostram miseriam, atque ita nos humiliemus: sic patientia, longanimitas, & summa Dei in condonandis peccatis nostris proutitudo, reddentis bona promissis, occasionem dat nobis ipsum amandi & colendi.

*Aliud Remedium.*

**S**CIENDVM est duo esse genera peccatorum venialium inter se dissimilia. Quidam enim peccant contra voluntatē suam & propositum, vel per infirmitatem

G 4

firmitatem



infirmi-  
tatem, vel per negligentiam, vel  
ob prauorum habituum reliquias in  
animo existentes, quæ hominem non  
animaduertentem quasi retro impel-  
lunt. Alij verò liberiore vtuntur consci-  
entia, & existimantes satis esse, si absti-  
neant à mortalibus, non constituunt  
abstinere à venialibus, atq; ita in cibo,  
potu, fabulis voluptatem quærunt, mul-  
tiq; temperis iacturam faciunt. Hi  
quamdiu tantam vite licentiam festau-  
tur, nunquam condonantur peccata  
venialia, licet ea confiteantur, vt bene  
dicit Henricus Herpius, quia proposi-  
tum non habent illa cauendi, & in ma-  
gno periculo sunt, incidendi in pecca-  
tum mortale, vt dicit S. Thomas. <sup>ver-</sup>  
primis illis, qui mox se colligunt, mox  
*Prou. 14.* remittuntur. *Septies enim, cadit iustus, &  
resurgit.*

## CONCLUSIO.

**D**OLOR igitur de huiusmodi pec-  
catis debet esse discretus, & eou-  
que augeri vt non diffidatur de diuina  
bonitate. Contritio enim cordis donec  
gratiæ diuinæ destituta, quo maior, hoc  
deterior est, quia inducit hominem in  
desperationem,

REMI



REMEDIA PRO SCRVPVLO-  
*sis ex S. Antonino, & alijs bonis scri-*  
*ptoribus.*

QVID SIT SCRVPVLVS.

SCRVPVLVS est inordinatus ti-  
 mor conscientie, ex leuibus causis  
 ortus. De quo loquens propheta Dauid,  
 dixit. *Saluū me fac Domine à pusillanimi-*  
*tate Spiritus.* Quę verba crebrò deberent *Psal. 54.*  
 usurpare scrupulosi.

*Quot mala procreent scrupuli.*

PRIMO inducunt tedium, & ne quid  
 boni fieri possit, eò quòd tollant ro-  
 bur & conatum animi.

Secundo, exemplo suo alijs adimunt  
 audaciam bene agendi. Quare manda-  
 uit Deus, vt timidi & pusillanimes non  
 irent cum Gedeone in prælium, sed do-  
 mum redirent, ne fuga sua alios quoque  
 in fugam impellerent.

Tertio, cōscientia scrupulosa, sæpè in-  
 ducit homines in desperationem: à qua  
 liberari cupiebat Dauid, cum diceret.  
*Non me submergat Domine tempestas a-*  
*qua, id est, desperationis.* Et rursum. *Sal-*  
*uum me fac à pusillanimitate spiritus &*  
*tempestate.* Vnde S. Bernardus docet pu-  
 sillanimitate gigni perturbationem,  
 hac desperationē, & desperatione mor-  
 tem.

G 5

Vnde



*Vnde oriuntur scrupuli.*

Nonnunquam oriuntur ex complexionē frigida, ad timorē apta. Vnde feminae, senes & melancholici imprimis sunt obnoxij timori timor siquidem, & frigiditas, constringunt cor, vnde imaginatio disponitur ad futurum aliquod malum concipiendum.

Aliquando oriuntur ex imbecillitate capitis, qua offenditur imaginatio.

Aliquando etiam excitantur à Dæmone, qui melancholicos hominis humores commouere potest, Deo permittente, vnde imaginatio potest falli, & inordinatè quippiam timere.

Aliquando noscuntur ex nimijs abstinentijs, vigilijs, & similibus: aliquando deniq; ex scrupulorum societate Remouendæ igitur sunt causæ scrupulorum.

**REGVLÆ QVÆDAM S.**  
*antonini ad depellendos scrupulos.*

**P**RI<sup>MA</sup> est, præparare se ad Domini Dei gratiam, dolendo de peccatis commissis, confitendo, & propositū faciundo de Deo in posterum non offendendo. Quicunq; enim facit quod in se, infallibiliter à Deo iuuatur. Deus enim (teste S. Thoma in quarto sentēt.) largitus illi suam gratiam, infundit do-

*QUIN*



## COMMVNIONE. 131

num sapientiæ, consilij, scientiæ, & intellectus, quibus plurimum iuuatur, ad depellendos scrupulos.

### II. Regula.

Afsiduè legere S. Scripturam, & libros spirituales.

### III. Regula.

Afsidua oratio, quæ multum prodest. Vnde dicit Sapiens: *Inuocaui Dominum, & venit in me Spiritus sapientiæ*, qui spiritus est illa oratio, quæ nos docet omnia. Speciatim autem oratio valet ad depellendos scrupulos à Dæmone iniectos, qui præfiguratus fuit in illo Lunatico, à Christo sanato, qui nunc in ignem, nunc in aquam iactabatur. Sic scrupulosus ab vno extremo ruat in alterum. De hoc spiritu Dominus dixit. *Hoc genus Demoniorum non ejicitur, nisi oratione & ieiunio.* Sap. 7.  
Matth. 17.  
Marc. 9.

### III. Regula.

Humilis obedientia. Iudicium proprium subijcere alteri, non credendo sibi, sed Confessario. Vnde legimus S. Bernardum cuidam suo discipulo, qui ob scrupulos Missam dicere non audebat, dixisse, Vade, & celebra in fide mea: cumq; paruisset, oēs scrupuli deinceps euanuerunt. Quare debet scrupulosus Confessario obedire, sicut Deo, cuius ipse locum tenet, eidem credere, &

G. 6.

OMNIBUS



omnia media adhibere ab illo præscripta, sicut faceret medico corporali, licet medicinas amaras & ingratas præscripsisset.

V. Regula.

cap. 35. Nihili facere scrupulos, & subito illos excutere, Sic enim hortatur nos Dominus per Esaiam, dicens. *Confortamini pusillanimes, & nolite timere. Ecce Deus vester, nemo promptus ad adiuuandos vos, & illuminandos.*

S. Gregorius scribit, dæmonem similem esse animali cuidam, quod dicitur Leo formicarum, eo quod infestum sit formicis, sed ipsum quoque animalium maiorum pedibus conteritur & occiditur. Sic Dæmon inuestigat complexiones hominum, & quos deprehendit pusillanimes & scrupulosos, eos audacter aggreditur, & scrupulis enecare nititur, sed ab alijs magna fiducia fretis, facile obteritur, & vincitur. Ait Ioānes Gerson, bonum remedium esse, contemnere scrupulos, sicut contemnuntur caniculi allatrantes, qui quidem videntur velle mordere transeuntes, sed si quis eorum latratus negligat sponte contescunt, quod non faciunt, si ultro irascuntur. Idem Gerson dicit, salutare esse agere contra scrupulum, ut spueret in re-

plō



## COMMUNIONE.

733

plo, si scrupulus dictet, non esse spuen-  
dum. Conculcare cruces in terra, quan-  
do dictat scrupulus, non calcandas. Sic  
qui virgani vult efficere rectam, flectit  
prorsus in partem contrariam. Addit  
idem, Deum non iudicare nos secundū  
res phantasiæ impressas, sed secundum  
consensum rectæ rationis. Eum quoque  
non puniturum nos, ob res quas cogita-  
mus, vel patimur contra nostram volū-  
tatem, sed ob eas tantum, quibus liberū  
consensum præstamus.

### VI. Regula.

Non facile formare conscientiam pec-  
cati mortalis: imò in dubijs, nunquam  
existimare debet, se peccare mortaliter,  
verè consentire in illud, cum potius  
sentiat se paratum mori, quàm Deum  
offendere. Sed nec, quando facile dubi-  
tat, sitne peccatum an non, & tamen fa-  
cit, peccat, maxime cum Confessarius  
eum facere iussit.

### VII. Regula.

Solet Dæmon observare uniuscuius-  
que conscientiam, sitne laxa, an stricta.  
Si strictam inueniat, conatur facere stri-  
ctiorem, & in extremum reducere an-  
gorem, ut miserè tandem turbata, nullū  
in perfectione progressum faciat. Verbi  
caussa, Si animaduertit quempiam ab-

G 7

hore



132 DE FREQUENT.

horre à peccato mortali, sed nec umbrā peccati ferre, tum procurat, ut faciat aliquid, quod licet non sit peccatum, ipse si tamen videatur esse, ut in loquendo, vel cogitando. Contrā, si quem deprehendit in conscientia laxum, qui parui faciat peccata venialia, cum conatur inducere eò, ut contēnat quoq; mortalia. Vnde qui vult in via spirituali proficere, necessariū est, ut se reflectat semper in partem Dēmoni contrariā: ut quādo ille conatur conscientiam reddere laxiorē, faciet ipse strictiorē: quando verō strictiorē, faciat e cōtrario laxiorē. Atq; ita vitatis extremis, mediū obtinebit.

VIII. Regula.

Quoties homo vult quidpiam facere vel dicere, quod non pugnat cum usu Ecclesiæ, vel sententia Maiorum, & in gloriā Dei vergit, occurrit autem scrupulus si ne faciendum, vel dicendum, ob metum vanæ gloriæ, vel quia forte alicui id displicebit, tunc debet mentem eleuare ad Deum, & si aduertat id fieri posse ad gloriā Dei, vel saltem non pugnare cum Dei gloria, omnino debet facere vel dicere, nec ob scrupulos ommittere, ac respondere inimico cum S. Bernardo: Non incepti propter te, nec propter te desistam.

IX. Re



*IX. Regula.*

Bonum est communicare crebrò, & confiteri rarò, viuendo & agendo omnia, secundum iudicium Confessarij: sic enim multis modis merebitur, pudefaciet dēmonem, gratum faciet Domino Deo, qui nunquam ab eò exiget rationē de ijs, quæ ex obedientia Confessarij fecerit, vel omiserit.

*X. Regula.*

Ignorantia discriminis inter cogitationem, & consensum, est maxima scrupulorum causa: itaque notandum, cogitationem malam quatuor modis posse considerari. Aliquando enim mox atque obrepfit, eijcitur, & tunc homo meretur, quia vincit inimicum. Aliquando ad aliquod temporis spacium durat, & tunc est peccatum veniale, maius, minusue, secundum diuturnitatem temporis. In huius cogitationis accusatione, non opus est in confessione omnes aperire circumstantias, sed satis est indicare peccati naturam, dicendo: Accuso me de cogitatione inhonesta, vel iræ, vel vanæ gloriæ, vel alia simili, nec statim, vt debebā, repuli, sed ad aliquod tempus eā retinui. Aliquando cogitationi consentitur, cum desiderio si occasio daretur eam exequendi, & tunc



est peccatum mortale, si materia cogitationis est peccatum mortale. Aliquando etiam capitur voluptas ex cogitatione peccati, ut consentiatur quidem voluptati cogitandi, sed absit animus rem cogitatam perficiendi, & tunc est peccatum mortale, si quis data opera determinatè imprimat cogitationi speciem rei, quæ natura sua sit peccatum mortale, & in illa cogitanda constituit se oblectare, velut in re aliqua turpi & inhonestâ. Si vero cogitatio non sit determinata, sed fortuita, etiam si ad aliquod spaciū daret, non adiuncto consensu, est peccatum tantum veniale. Aliquando denique agnitâ cogitationem pravam, commamur quidem eijcere, sed non possumus tam citò, eò quòd cor iam talis voluptati, vel imaginationi assuefactum est, & tunc ne quidem est peccatum.

*XI. Regula.*

Sicut qui timorem Dei non habet, facile omni momento peccat mortaliter, saltem corde, sic qui timet Deum, & mauult mori, quàm illum offendere, difficulter peccat mortaliter. Quare scrupulosus non facile debet cogitare, vel iudicare, se mortaliter peccasse.

*XII. Regula.*

Quidam semper agitantur foedis cogitationibus.



gitationibus, alij semper videntur sibi blasphemare Deum, & Sanctos, & idcirco maximè anguntur in animo, maximè dum confessio facièda est, pudet enim eos illa confiteri, & tamè credunt se ad illa patefacièda teneri. Quod falsum est, quia etsi quis per annos centum continenter contra suam tamen voluntatem obnoxius esset talibus cogitationibus, non solum non peccaret, sed multum potius mereretur, & ideo non debet confiteri tanquam peccatū, quod est meritum. Simili tentatione, secundum Doctores, agitatus fuit S. Paulus, cui Dominus respondit, cum peteret ab ea liberari. *Sufficit tibi gratia mea, 2. Cor. 12.* *Et enim in infirmitate perficitur.* Quibus verbis ostendit, similibus cogitationibus non solum non gratiam amitti, sed potius augeri, si illis non consentiatur.

Eandem tentationem habuit S. Catharina Senensis, cui cum aliquando mentem oppletam haberet cogitationibus sordidis, vnde sibi videbatur versari in inferno, apparuit Dominus ad quē illa: O bone Iesu vbi fuisti? Respondit Dominus. Semper fui præstò, Cum quē illa subiungeret: Quomodo fieri potest, vt fueris in locis tam foedis & immundis,



dis, in quibus fuit cor meum? Respondit: Consensistine spurcis istis cogitationibus? Tum illa: Detestata sum illas, malu-  
iq; potius mori, quam illis consentire. Ergo, inquit Christus, nullum admisisti peccatum mortale, quo solo ego ex ani-  
ma exturbor. Et hæc bona voluntas, qua noluisti me offendere, non potuit sine gratia mea haberi.

Bonum quoq; remedium est. eiusmodi hominibus, si humilient se, & resignent in manus Dei, tentationem ipsam, perinde ac reliquas tribulationes loco crucis acceptando.

### XIII. Regula

Sæpè quoq; oriuntur scrupuli, ex eo, quod non satis intelligitur Dei bonitas summumque eius desiderium procurandæ salutis nostræ. Scrupuli itaque magnam iniuriam inferunt divinæ bonitati, quod non eo loco illam habeant, quod iure deberent, imò Deum faciunt quasi iudicem huius mundi litigiosum, qui undiq; calumnias congerat ad obstruendam viam reo. Nam si cognosceret, quāto Deus salutis nostræ ardeat desiderio, nunquam in huiusmodi errores prolabi possent. Verum neq; scrupulosi satis intelligunt bonum suum, quod videlicet cor habeant ad benefaciendum  
omnino



## COMMUNIONE.

139

omnino determinatum, parati enim sunt ad quavis potius poenam sustinendam, quam ad offendendam diuinam Maiestatem. Quod boni si recte intelligerent, nullam causam haberent dandi locum scrupulis, cum habeant in anima gemmam, & pignus tam nobile, & pretiosum, hoc est, summam cum Deo coniunctionem, & amicitiam.

### XIV. Regula.

Licet quis sit doctus, tamen suo iudicio stare non debet: cum enim æger sit, sibi fidere non debet, sed medicorum consilijs. Et quamuis, qui dat consilium, erraret, non tamen errabit, qui consilio pareret. Deus enim iubet eum in tali casu ad alterius arbitrio pendere.

### XV. Regula.

Ait Caietanus, scrupulosum non obligari ad confitendum ea, de quibus dubitat, sit confessus, nec ne: quando enim semel confessus est cum mediocri preparatione, non debet eam confessionem reuocare in dubium, sed dicere: Sicut sum confessus alia peccata, sic certo credo me & hæc confessum, alioquin promptus ad confitendum, si secus esset, & ita quiescat. Hoc intellige, quando dubitat, num prætermiserit peccatum mortale. venialia enim, ut supra dictum est, non tenetur confiteri.

### XVI. Re-



Richardus de S. Victore, scribit, irā, impatientiam, tristitiam, auaritiam, gulam, superbiam, vanam gloriam, & similia, non esse semper peccata mortalia & ideo scrupulosus, si in aliqua istorum incidat, non statim debet definire, se peccasse mortaliter.

REMEDIA ADVERSVS CO-  
gitationes immundas.

**P**RIMUM est, Mentem, quoad fieri potest occupare bonis & sanctis cogitationibus maximè Passionis Domini nostri Iesu Christi.

1. Refrenare sensus, maximè oculos, linguam, auditum.
3. Remouere occasiones earum rerū, quæ excitant huiusmodi cogitationes.
4. Legere pios & deuotos libros.
5. Non disputare cum illis, sed contemnere.
6. Si quis vouerit castitatem, vtile est, incidentibus talibus cogitationibus mox renouare votū, quod est magni meriti.
7. Commendare se B. Virgini, Angelo custodi, SS. Virginibus, omnibusque Sanctis Paradisi.
8. Inuocare auxilium Dei ubiq; presentis, qui potest, scit, & vult nos sem-

per



COMMUNIONE. 141

per iuuare, & desiderat à nobis inuocari

9. Habere consuetudinem tunc temporis vsurpandi verba Scripturæ, vt, *Deus in adiutoriū meum intende, Domine ad adiuuandū me festina, Et, De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocē meam. Et, Cor mūdum crea in me Deus. Et Fili David miserere mei. Et, Domine respice in me, & miserere mei. Et Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et, Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat, Christus ab omni malo me defendat. Et, Adiuua me Domine Deus meus, ne discesseris à me, intende in adiutoriū meum, Domine Deus salutis meæ, libera me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me.*

10. Bonum est consignare se signo crucis versus cor, dicendo Iesus Maria. O *Deus in adiutorium meum intende, saltem corde.*

11. Confiteri, & communicare sæpè, & cor suum Confessario patefacere, sequendo eius monita.

12. Cogitare quid illa hora faciat Dominus noster.

13. Imaginari Christum tunc esse pro nobis crucifixum, spinis coronatum, & cruentatum, ac dicentem. Vide, quanta passus sim pro te, quā carè mihi constiteris.

h. lu-



14. Iuuat protestari se non velle consentire.

15. Aliò mentem reflectere, aut aliud quidpiam agere, & ante omnia, Fugere otium.

REMEDIA PRO IIS, QUI  
dubitant, consenserint, nec ne, tenta-  
tioni, vel delectationi.

**P**RIMO aduertat, an tentationes, vt primum obortæ sunt, placuerint, an verò ab illis abhorruerit: nam si abhorruit, certus sit de non præstito consensu.

Prou. 24.

Secundò, Si quoque potius paratus sit mori, quàm in peccatum consentire, vel in eo delectari, certò credat, se ei non consensisse.

Tertiò Aperiat conscientiam suam Confessario, & eius dictis fidẽ præstet.

CVR DEVS PERMITTAT  
immundas cogitationes.

**P**RIMA causa est, vt acquiramus habitum castitatis.

2. Vt odio omnem turpitudinẽ prosequamur.

3. Vt maneamus humiles cū S. Paulo.

4. Vt semper simus in magno timore.

5. Vt nostram fragilitatem & vires agnoscamus.

6. Vt occasiones immunditiæ fugiamus.

7. Vt



COMMUNIONE. 143

7. Vt intelligamus nos egere diuina gratia. ( commissis.
8. Vt purgemur à similibus vitijs iam
9. Vt simus in precibus assidui, auxiliumque Dei & Sanctorum imploremus.
10. Vt maiorem mereamur gloriam celo.
11. Ad pudefaciendum Dæmonem, qui nos impugnat.
12. Ad consolandum Angelos custodes continenti nostra victoria.
13. Vt compatiamur alijs simili tentatione afflictis.
14. Vt possimus instruere & corroborare alios tentatos.
15. Vt sciamus, quanto in periculo veremur, atq; ideo per Sacramenta semper adhæreamus Deo.
16. Vt discamus, num gratia diuina sit in nobis, quæ facit nos tales cogitationes execrari, simileque tentationes expugnare.
17. Vt cōsolationē capiamus ex victoria, & maioris gratiæ capaces reddamur.
18. Vt similes reddamur Sanctis, vt S. Paulo, & alijs.
19. Vt nos Deus, tanquam fortes milites iugiter exerceat.
20. Vt declaret se nos amare, magnamque curā nostri genere, vti suorum.

dilecti



144 DE FREQUENT.  
dilectorum filiorum, & carorum am-  
corum.

REMEDIA ADVERSVS OM-  
nia peccata

Et primò contra Superbiam.

1. **C**onsiderare proprios defectus, & vililitatem corporis & animi.
2. Obseruare meliores se, & speciatim Christum, qui nos ad se imitandum hortatur, dicens, *Discite à me quia, mitis sum, & humilis corde.*
3. Considerare seruitutem, & vituperium superbiorum: qui ex filiis Dei se faciunt vilissimos dæmonis, qui Rex est superbiæ, seruos ac mancipia.
4. Conuersari cum humilibus & modestis.
5. In vestitu, & omnibus externis gerere se secundū statū & cōditionē suam.

Contra vanam gloriam.

1. Occultare, quoad fieri potest, sua bona.
2. Subitò mentem ad defectus suos reflectere.
3. Laudem ilicò adscribere Deo, quia omnium bonorum est auctor.

Contra Auaritiam.

1. Ab omnium rerum amore mentem abstrahere.



COMMVNIONE. 145

abstrahere eāq; gratiā à Deo postulare.

2. Cogitare multis opibus animum nostrum satiari non posse.

3. Citò omnia esse defecūda, excepto eo solo, quod per manus pauperum præmisimus.

4. Considerare, quanta fuerit paupertas Christi, & Sanctorum, qui illum sūt imitati, *Luc. 2.*

5. Confidere in Deo, qui etiam passeret alit, & dicit: *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Matt. 6.*

6. Auarorum negotiationes fugere, & agere cum ijs, qui res temporales aspernantur.

7. Considerare diuitias cœlestes, & bona infinita, indubitata, iucundissima, æterna, quæ Dominus Deus nobis præparauit, si sincerè res terrenas contēnamus.

8. Efficacissimum remedium est, re ipsa deferere huius mundi opes, & retinere tantum, quantum ad statum suum tenendum spectat.

*Contra Luxurram.*

1. Magnam habere curam oculorum.

2. Fugere occasiones, quibus induci solent homines in hoc vitium.

3. Declinare consuetudinem hominū luxuriosorum, H

4. Oti-



4. Otium detestari, & semper re aliqua honesta se occupare.
5. Non nimis laute nutrire corpus: sed amare abstinentiam: cauere vina potentia, & cibos calidos.
6. Custodire cor suum, & ilicò cogitationes prauas expellere.
7. Custodire sedulò omnes sensus.
8. Omnes occasiones, tanquam pestem fugere. (petere.)
9. Donum castitatis sæpè à Deo ex-
10. Carnem castigare aliquo genere doloris, maximè quando quis à carne teneatur.

*Contra Iram propriam.*

PRImò, parare, & armare se ad perficiendâ fortiter verba, facta, & quicquid solet iram concitare.

2. Considerare, patienti nō esse noxiâ iniuriâ, sed illam inferenti.
3. Quantum passus sit Christus: cui & referemus pro tantis beneficijs gratias, si patienter propter ipsum iniurias toleremus.
4. Coneris mentem ab iniuria auertere, & aliò cogitationem transferre.
5. Minimum vincere se non respondendo, & paulatim iram in pectore accensam extinguere.

*Contra iram alienam.*

I. B. E.



1. Benignè respondere, responsio enim mollis, frangit iram dura verò magis accendit.

2. Tacere, vel abire.

*Contra Inuidiam.*

1. Non amare res terrenas.

2. Cogitare, quàm inutilis sit inuidia, ut quæ sibi soli noceat.

3. Quàm sit turpis, cum teneamur vitâ profundere pro proximo, si opus sit.

4. Si ille non haberet illud, non idcirco tu esses melior, vel haberes melius. Si ergo inuidia nihil tibi prodest, nec in fama, nec in diuitijs, nec in anima, & te excruciat, ac præterea offensum Deo reddit, quid est, quod inuidiâ retineas?

5. Cogitare de rebus quæ accedunt ad caritatem fraternam.

*Contra odium proprium.*

1. Deum non condonaturum tibi, si tu non condones alijs.

2. Qui odit, plus sibi nocet, cum sit in peccato mortali, quàm illi, quem exosum habet.

3. Denique conueniens est ignoscere, nisi velimus ruere in infernum.

4. Cum odio iacturam facimus omnium bonorum quæ facimus, quia non placent Deo.

H 2 s. D. R.



5. Dissimiles sumus Christo, qui ignovit ijs, qui eodem tempore eum spoliabant & bonis, & fama, & vita. Similiter S. Stephano, & alijs.

*Contra odium aliorum.*

1. **R**EMEDIUM est, facere illis bene.
2. Servire illis, ubicunque fieri potest.
3. Submittere se illis.

*Contra Gulam.*

1. **T**OLLERE materiam ad irritandum gulam & varietatem ciborum.
2. Cogitare à bestijs non sumi nisi cibus necessarium.
3. Obscurare intellectum, bona desideria extinguere, & vitam abbreviare.
4. Firmiter constituere, te non sumpturum, quantum cibi est necessarium, & aliquando etiam aliquid de eo detrahendum.
5. Perpendere vitam Christi & Sanctorum, cogitare de felle, & de aceto, & de pane hordeaceo, quo vescebatur.

*Contra Acediam.*

1. **B**ENEFICIORVM Dei, quæ ad amorem excitant sæpè meminisse.
2. Recordari mortis vicinæ, & quod postea non suppetet tempus beneficii.
3. Rec.



COMMVNIONE. 149

3. Pœnarum æternarum, & præmio-  
rum cœlestium,
4. Fugere otiosos, & conuersati cum  
diligentibus.

REMEDIA GENERALIA  
*contra Peccata.*

PRINCIPALE remedium ad eradi-  
candum peccatum, & inferendā vir-  
tutem est, crebrò vacare orationi cum  
magna fiducia.

2. Sæpè confiteri, & statim, postquam  
in peccatum mortale incideris.
3. Communicare frequenter.
4. Fugere peruersas societates, sequi  
bonas.
5. Sæpè legere libros pios & spirituales.
6. Crebrò meditari de Passione  
Christi.
7. Considerare vitas Sanctorum.
8. Cogitare diuinæ Maiestatis, & boni  
angeli præsentiam.
9. Considerare, mortem esse certam,  
sed horam incertam.
10. Expendere exēpla diuinæ iustitiæ.
11. Considerare tremendū diē iudicii.
12. Pœnas damnatorum.
13. Præmia & gaudia paradisi.

REMEDIA AD EXTIRPAN-  
*dos defectus particulares.*

H 3

IN



1. **I**NVESTIGARE causam & radicem defectus, nam ferè solent in nobis vnum, vel duo vitia dominari, à quibus alia omnia proficiscuntur. Unde illis extirpatis, reliqua quoque facillè extirpantur.
2. Memoria tenere remedia, quae sunt contra illa, ijsq; cum opus est, uti.
3. Oppugnandum sumere defectum praeipuum, odio habendo simul reliquos, donec expugnentur, vel saltem debilitentur.
4. Sæpè renouare propositum vincendi illos: iram item renouare contra illum.
5. Sæpè cogitare de remedijs, eaq; adhibere.
6. Maius particulare auxilium ad illud expugnandum à Deo petere.
7. Commendare se alicui peculiari sancto, qui eodem vitio laborarit, gratia autem Dei fuerit ab eo liberatus.
8. Crebrò examinare conscientiam de hoc peccato, conferendo vnum diem cum altero.
9. Imponere sibi, si recidat bonam poenitentiam, accommodatam peccato.
10. Magnum animum habere ad vincendum: id enim certum est victoriae signum. Spem quoq; ingentem habere victoriae consecuturæ.

11. Perse-



11. Perseuerare in pugna, nunquam animo deijci, etiāsi millies cadas quotidie; Is enim solus vincitur, qui abiectis in terram armis securpiter victum proficitur.

12. Quamuis tibi nullum progressū videāre fecisse, non ideò nihil erit. Nā horologij vmbra, etiamsi eam crescentem non notemus, tamen crescit. Similiter homines, arbores, gramina creuisse animaduertimus, sed actu crescentia non vidimus. Sic non videmus quomodo crescat virtus, sed si persistamus, suo tempore notabimus eā creuisse. Quamquam in ipso labore pugnandi, in patientia, humilitate, non exiguus est fructus, imo magnum apud diuinam maiestatem meritum.

REMEDIA AD CONSOLANDUM  
afflictos ex morte cognati, vel amici tristes.

Ex S. Antonino.

PRIMUM est. Cogitare sic voluisse Deum, cur ergo resistis eius voluntati? Cur quotidie dicis? *Fiat voluntas tua*, & non te conformas illi? Vnde dicit Magister sentent. Placeat homini, quod placet Deo, & ideo placeat, quia placet Deo.

H 4

II. Co.



II. Cogitare omnem creaturam esse  
DEI, & ideo contristari non debes,  
quando Deus à te repetit, quod tibi ac-  
commodauit? dicit enim S. Hierony-  
mus, Nihil de tuo sustulit, qui tibi quod  
proprium erat donauit, Et S. Augusti-  
nus ait. Qui perfectè Deum amat, non  
contristatur morte cuiusquam. Vnde  
Iob. 1. *Iob. 1. Dominus dedit, dominus abstulit sicut placuit Deo, ita factum est, Sit nomen Domini benedictum.*

III. Cogita statutum esse omni-  
bus hominibus semel mori, & si DE-  
VS proprio filio non pepercit (vt di-  
cit S. Bernardus) quomodo parcere de-  
buit illis? Vnde S. Ambrosius. Quid ab-  
surdus, inquit, quàm plorare ob rem  
omnibus communem?

IV. Quia mors hominē liberat mul-  
tis miserijs. Vnde Ecclesiastes ait. *Ecc. c. 6. Et dies hominis doloribus & arumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit.* Qua-  
re Dominus noster in morte Lazari la-  
tatus est dicens suis discipulis. *Iohan. 11. Lazarus*

*amicus noster mortuus est, & gaudeo propter vos. Sed cum eum refecit, fleuit, quia eum excitabit ad huius mundi æ-  
rumnas. Vnde August. in lib. de Visita-  
tat. infirmorum dicit. O mors desidera-  
bilis, ô mors omnium præsentium ma-  
lorum*



lorum terminus, o mors finis malorum,  
& principium honorum.

V. Cogitare Deum scire & cognosce-  
re omnia, ac proinde videre, quod ho-  
mini sit melius, Fortè enim damnatus  
fuiſſet, ſi diutiùs vixiſſet, & ſic erit ſalu<sup>9</sup>.  
Aut certè diuturniore vita factus fuiſ-  
ſet deterior. Vnde rectè dicit Salomon *Sap. 4.*  
de quodam. *Raptus eſt; ne malitia muta-*  
*ret intellectum eius, aut ne ſictio deciperet a-*  
*nimam illius.*

VI. Cogitare ſuperfluum dolorem  
tibi nocere, & mortuo non prodeſſe.  
Vnde legimus Dauidem filio eius egro-  
tante amare fleuiſſe, at eo mortuo à fle-  
tu ceſſauit, & Deo gratias agens, coepit  
comedere. Rogatus autem cur id face-  
ret, reſpondit, ſe ante mortem fleuiſſe,  
ad impetrandam fortè à Deo ſanitatē  
filij, quam cum eo mortuo, impetrare  
amplius non poſſet, ſe finem flendi fe-  
ciſſe, Dei voluntatem illam fuiſſe. *2. Reg. 12.*

VII. Quia tibi & mortuo nocet ſuper-  
uacanea triſtitia. Tibi, quia nō potes a-  
nimū liberū ad orandū, nec pro te, nec  
p̄ defuncto habere. Quare dicit Sapiēs.  
*Ne dederis in triſtitia cor tuū, ſed repelle eā*  
*à te, & momento nouiſſimorum, noli obli-*  
*uiſci, neq; enim eſt conuerſio, & huic nihil*  
*proderis, & teipſum peſſimabis.* *Ecc. 33.*

H ;

VIII, Co-



VIII. Cogita multos damnatos ob  
nimium amorem erga filios, vel mari-  
tos, vel vxores, amicos & cognatos. Cū  
igitur incertum sit, num filius, vel ma-  
ritus tibi futurus fuerit caussa damna-  
tionis, si superuixisset, non habes cau-  
sam plangendi.

IX. Cogita illum resuscitandum, &  
iterum videndum. Vnde dicit S. Paulus:  
*1. The. 4. Non contristemini sicut gentes, quæ spera-  
Eccl. 22. non habent. Et Ecclesiastic, modicum plora-  
super mortuam.*

X. Considera, fortè eum quem deplo-  
ras, esse bono loco de quo lætari debes,  
quia poterit orare pro te.

REMEDIVM PRO IIS, QVI  
nimium reformidant mortem.

**M**VLT ægrè audiunt alios  
colloquentes de morte, & re-  
formidant de eadem vel cogi-  
tare. Quod contingit, vel quia multi  
sunt obnoxij peccatis, quæ nolunt dese-  
rere, vel quia exiguam fidem habent fu-  
tutorum, vel certè quia nimium rebus  
huius mundi creatis sunt addicti, quas  
ægrè deserunt, & ideo illis memoria  
mortis grauis est & molesta, quia per  
illam etiam inuiti omnia relinquere co-  
guntur. Tollantur ergo peccata, tolla-  
tur omnis amor inordinatus, & mox  
cessabit.



# COMMVNIONE. 155

cessabit timor mortis, imo efficietur illis optabilis.

Bonum quoque remedium ad pellendum metum mortis, est sæpè cogitare de morte: Contrarium enim à contrario pellitur. Quò enim quis sæpius mortem ob oculos positam habet, hoc magis à se remouet omnia, quæ amarâ reddunt mortem.

S. August. ait bonam vitam nunquam sequi malam mortem. Morere ergo tibi & mûdo ac viuere Deo, & mors molesta non erit.

Scriptor quidam asserit Dæmonem laborare vt longius absit à nobis mortis memoria, vt viuamus malè, & postea in morte nos decipiat. Quare nos semper deberemus eam ob oculos habere, ad viuendum bene, vt in morte ipsum decipiamus.

Alius dicit, sicut, qui vult sibi euellere dentem, primùm curat eum dissolui à carne proxima, deinde Commoueri, vt deinde facillè duobus digitis extrahi queat, (nam si ferro vno tractu euellere, magnum efficeret dolorem) sic qui aliquando meditantur de morte, nō sentiunt tantā difficultatem in ea, cum aduenerit; qui verò nunquam grauissimè anguntur, cum subito è

H. G. vita



vita tolluntur. Quidam itē Doctor inquit, sicut res magnæ, vt palatia, & alia huiusmodi prima vice non fiunt perfecte: sic mors, Dum sit res omnium maxima, quæque semel tantum subeunda est, bene fieri non potest, nisi sæpè de ea cogitetur. Duæ res sunt. Vna mori, & hæc omnibus communis est. Altera bene mori; & hæc paucorum est, & tantum Deum timentium, qui reputant se exules in hoc mundo, & frequentem habent mortis memoriam.

1. Cor. 7. S. Paulus monet, vt qui vxorē habent, gerant se, tanquam non habeant, & qui vtuntur rebus huius mundi, perinde se gerant, ac si non vterētur, quasi diceret, Non debere eos esse nimium addictos rebus mundi, & ne addicti sint, sæpè memores sint mortis. Hodie enim viuimus, & cras fortè moriemur. Hodie in figura, & cras in sepultura.

Mors debet esse terribilis infidelib⁹, & ijs qui in gratia Dei non sunt, ac hi sunt, qui nihil audire volunt de morte, & addunt, recordatione mortis homines fieri stultos & melancholicos. Illi verò non aduertunt, se repugnare Deo dicēti, *Memorare nouissima tua*, inter quæ est mors. *Eccl. 7.* Vbi nota memoriam illam esse utilissimam, quia Dominus mox addit, *Et in æter-*



*atenum non peccabis.* Vnde sequitur, hac memoria effici, vt homo longè absit à peccato, ac proinde non stultus, sed sapiens reddatur. Imò qui memoriam illam odit, verè sit stultus, quia deserit Deum, recipit Dæmonem, abiicit coelū, & adhæret terræ. Fugit virtutem, & vitium amplectitur. Renunciat delicijs æternis, pro temporalibus: & cum posset in hoc mundo æquè ac in altero obtinere Paradisum, existendo scilicet semper in Dei gratia, quæ dat pacem, quietem, voluptates & robur, mauult hic accipere arthā inferni, vt ætè dicat Poëta.

*Ingenius animis fuga, mors, è carcere caco, Petrarcha.*

*Æterna affixus carcere deterior. (est)*

Magna stultitia est decipere se ipsum, & in animum inducere, non esse aliquando vita excedendum, quod faciunt qui mortis meminisse nolunt. Magnæ ergo prudentiæ est, crebò recordari mortis, ad agendum benè, quamdiu homo valet, & non expectare vsque ad extremum, vti fecerunt virgines fatuæ, quæ repulsam passæ sunt. Vnde scite quidam.

*Matth. 25.*

*Corrigere o mores, ne seras differ in horas.*

*Nam neſtendo moras, eiſciere foras.*

**QVID IN HVNC FINEM**  
*quotidiè fieri possit.*

**H 7 POSTV.**



**P**OSTULARE gratiam à Deo recordandi mortem, & considerare inter reliqua pūcta quatuor, aut quinque angores, quibus in morte peccatores cruciantur.

2. Reg. 18.

Primus est. Omnes res creatas & amatas deferere. Quæ autē magis inordinatē amavit, maiorem illi afferent crucē, ut capilli Absoloni, quibus cū nihil in corpore haberet pulchrius, ijs tamen fuit suspensus.

2. Remorsus conscientia.

3. Dēmones multi accusantes.

4. Angeli boni deferentes.

5. Iudex iratus; quem tam facile in hoc mundo nobis amicū facere possumus, maxime per vsum Sacramentorum, eleemozinas, & alia similia.

Deinde, vbi agnouerimus nos ista flagella meruisse, petere à Deo gratiam, ut omnino vitam nostram emendemus, moriendo mundo, carni, dæmoni, peccato, proprię voluntati, & Domino Deo viuendo. Sic ut hora illa angoribus illis liberati contraria

refrigeria inueniamus. Amen.

REME



REMEDIVM PRO IIS QVI  
*non mortem, sed mortis pœnam  
 timent.*

SUNT etiam nonnulli Deum alio-  
 quin timentes, qui non timent qui-  
 dem mortem, sed dolores mortis à dæ-  
 mone obiectos, vnde & mortis memo-  
 ria eis redditur grauis & molesta. Hic ti-  
 mor oritur, aut ex melancholia, aut ex  
 diffidentia quadā in Deo, quasi parū sit  
 fidelis, humanus & amabilis, & licet sit  
 Pater, plus tamen oneris imponat,  
 quàm ferre valeamus, ac proinde sinat  
 se à Patribus carnalibus vinci in asabi-  
 litate, fide, & discretionē.

Debet ergo homo se totum, & per  
 omnia resignare in manus Dei, & con-  
 fidere diuinam bonitatem temperaturā  
 mortis dolores, v. tolerari queant, &  
 si grauiores fuerint, addituram etiam  
 vires & auxilia.

DE ea natura est, vt homini, quò in  
 maiori periculo est, hoc maius auxiliū  
 præstet: quoque grauius à dæmone af-  
 fligitur, hoc amplius præsentiam decla-  
 ret, & solidam afferat consolationem.

Nectora scriptura aliud clamat, quā  
 curam Dei erga nos esse maximam, &  
 pro-



providentiam planè paternam, maximè in periculis grauioribus.

Vide, quàm duris supplicijs, & im-  
mensis cruciatibus permiserit affici  
sanctos martyres, & tamen in illis con-  
stantissimi & fortissimi perstiterunt, &  
cum summo gaudio mortem comple-  
xi sunt.

Cogita, quot quotidie, maximè boni,  
morte occumbant, quanta auxilia illis  
præstet Deus, eaquæ noris tibi non defutura.  
Cōsidera etiam, eū tibi hactenus non  
imposuisse onus maius, quàm ferre po-  
tueris: imo tulisti onera, quæ nunquam  
existimasses te ferre potuisse. In morte  
ne ergo deerit?

Nonnumquam quoque est sententias quas-  
dam scripturæ in mentē reuocare, ma-  
ximè quando eiusmodi cogitationes  
occurunt, ut sunt hæc.

*Psalm 30.*

*Rom 7.*

*In te Domine speravi, non confundar in  
aeternum.*

*Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

*Quis sperauit in te Domine, & confusus  
est? Et alias similes.*

Et si Iesus Christus mortuus est pro  
te, ac si opus esset, paratus sit iterum pro  
te mori, quomodo potes cogitare illum  
te tali hora deserturum?

Et si tanto amore, toties se tibi dat in  
fide



sanctissimo Sacramento, quomodo, obliuiscetur tui, quando opera eius maxime indigebis?

Adhuc ipse dicit, prius matrem oblituram proprii filij, quam ille sit obliturus nostri: ut declarat amorem suum tenerimæ cuiusvis matris amore esse teneriorem. Si ergo mater tantum amorē ostendit erga unicum & dilectissimum filium, quid faceret DEVS, erga nos qui sumus eius filij? *Esa. 49.*

Ait S. Ioannes, cum Christus Dominus noster dilexisset suos in vita, in fine dilexisse eos: Hæc enim veri amoris est proprietas. *Ioan. 13.*

Et si dum esset in cruce in tantis poenis & doloribus, non solum memor fuit matris & S. Ioannis, sed etiam eorum, qui ipsum spoliabāt, fama, fortunis, vita, quomodo nunc in morte obliuiscetur eorum, qui amore suæ maiestatis nullius rei rationem habuerunt?

Dicamus ergo cum S. Augustino. *Domine hic ure, hic seca, sicut placet, ut in æternum parcas. fiat voluntas tua.*

Et si commendamus liberè animas nostras in manus Dei, cur non multò securius commendemus & corpus?

Si quotidie dicimus, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra*, id est in anima &

COR-



corpore, voluntas Dei, omneque bonum nostrum, cur similibus tentationibus turbamur?

Debemus igitur tunc libentissimè suscipere omnes illos dolores, & infirmitates quātumuis diuturnas dicendo Domine paratū est cor meum ad omnia perferenda, quæ tibi placuerint. Sic enim oblectationi sumus Deo, angelis solatio, & dæmonibus confusio.

Vtile quoque est mentem ab huiusmodi cogitationibus auertere, dicendo Fiat, quicquid Domino placuerit. Quod enim illi placebit, certè bonum erit. Quod & gratiam tunc largitur perferendi omnia, quæ ipse voluerit. Facere denique quod faciunt pueri, qui licet audiant alios loquentes de caritate annonæ, peste, bello, & aliis malis, nihilominus iucundè viuunt, coniecta omni cura in suos parentes.

#### REMEDIVM PRO QVA- uis afflictione.

**P**rimum est. Certissimò credere nullū tribulationis genus, fastidij, morboris, vel aliud quippiam graue & molestum nobis contra voluntatem nostram euenire, quod non proficiscatur à Deo.



à Deo, & ab ordinatione ac providentia diuina, vt docet S. Augustinus, & tota scriptura sancta. Atque hæc omnia immittuntur nobis ad voluntatem nostram, ex eodem paterno amore, quo filium suum licet sanctiss. & dilectissimū easdem tribulationes & ærumnas subire voluit.

II. Cogitare quoties, quanto tempore grauer Deum offenderimus. Nam si vel semel offenderis Deum, qui est infinitus, meritis es poenam infinitam, & non tantum has temporales.

III. Cogitare de poenis inferni toties promeritis.

IV. Cogitare, quæ passi sint Sancti, & imprimis Sanctus Sanctorum Christus Dominus noster, toto vitæ suæ tempore.

V. Cogitare de æterna gloria, ad quā non patet aditus, nisi per multas tribulationes.

VI. Cogitare de fructu tribulationum. Fructus autem est. Humiliare se coram Deo. Confugere ad Dei auxiliū, ab hoc mundo se separare, coeli desiderio teneri Christum imitari, placere Deo, mortificare carnem tāto perē nobis infestam occasiones multas diuinam Maiestatem offendendi tollere, expur-



purgari à peccatis, locupletari gratia,  
postea multa gloria.

REMEDIVM TEMPORIS  
aegritudinis.

1. **C**OGITARE de utilitate aegritu-  
dinis. Et primò, quòd sit nunciu-  
Dei, ad nos missus, vt præparemus nos  
ad mortem.

2. Purgat à peccatis: bonum enim si-  
gnum est, poti in ijs membris, quibus  
Deum grauius offendimus.

3. Debilitat corpus, inimicum nostrum.  
Vnde dicebat S. Paulus.

*Cum infirmor, tunc fortior sum.*

2. Cor. 12. 4. Reuocat à malis: aeger enim non  
potest se inebriare, superbire, &c.

5. Prouocat ad bonum, vt ad confite-  
dum, ad pœnitentiam agendam.

6. Aegritudo est signum diuini amo-  
ris: Deus enim castigat, quos amat.

7. Est loco Purgatorij, quod est spe-  
ciale donum Dei.

8. Est pignus æternæ salutis, & via ad  
portam cœli, & conformationem cum  
Christo.

9. Cogitare eam magno amore in-  
mitteri nobis à Deo, & ad salutem no-  
stram.

REME



## REMEDIA PRO SOLANDIS

*ips, qui pie viuunt, & mira bona faciunt.*

**C**OGITARE frequenter de his punctis.

PRIMO, quòd sis creatus ad imaginem & similitudinem Dei.

2. Quòd redemptus sanguine Christi.

3. Quòd Filius Dei in S. Baptismo factus.

4. Quòd à vitio ad virtutem, à peccato ad gratiam, ab amore mundi ad amorem Dei sis traductus.

5. Quòd toties corpore, & sanguine eius, tanto amore, tantoque eius sumptu pascaris.

6. Quòd dederit cor nouum, & spiritum nouum vanitates respueadi, desideriumque nouæ gratiæ & sanctorum Sacramentorum.

7. Cogitare nos ab æterno à Deo esse amatos, voluisseq; nobis mittere filium suum, vt nos inæstimabilibus suis thesauris ditaret.

8. Cogitare, quòd efficiat, vt omnia nobis in bonum cooperentur.

9. Cogitare, illum mansisse nobiscū in sanctissimo Sacramento: quare possumus



sumus semper cum eo loqui, conuersari cum illo, & in cor nostrum recipere.

10. Cogitare, ab eo æternam nobi paratam gloriam, vt cum omnibus Patribus Sanctis perpetuò eo perfruamur.

11. Cogitare, eum, vt nos efficeret diuites filium suū fecisse pauperem. Vt nos honoraret, & eueheret filium suum humilasse. Vt nobis impertiret vitam filio reliquisse perferendam mortem.

12. Cogitare Deum summam nostram curam gerere, oculoque elementis, & benigno respicere.

#### REMEDIA PRO IIS, QUI IN iniuriis, & contumeliis afficiuntur.

1. Considerare iniurias Christo Domino nostro illatas: & seruum non esse

*Ioann. 13.* maiorem Domino.

2. Cogitare, quoties iniuria affecerit Deum, vt meritò paucas existimare debeant iniurias sibi factas.

3. Cogitare, omnes Sanctos iniuria affectos, contemptos, & malè habitos.

4. Cogitare, per iniurias perpeffas hominem habere occasionem illas condonandi, & ita vicissim promerendi à Deo remissionem iniuriarum multo plurium: potest enim confidētē dicere.

*Di-*



COMMVNIONE. 167

*Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

5. Cogitare, se habere occasionem placendi Deo, ut fiat filius Dei, ut in spiritu multum exulter, ut augeat gloriam, ut *Matth. 5.* Euangelium docet, in celo.

6. Cogitare, se iniuria affici à Dæmone, qui hominem, ut dicit Anselmus, possidet: & ideo eū vl̄isci armis humilitatis, patientiæ, charitatis, orationis, & alijs armis spiritualibus.

7. Intueri in eo, qui iniuriam infert, imaginem & similitudinem Dei, eumq; sanguine Christi tecum redemptum.

8. Cogitare, quòd offendendo se, simul offendat Deum: & hanc offensam pluris te debere facere, quàm propriam, & ideo orare pro illo.

9. Compati illi, dum vides eum excidisse diuinā gratia. Deus enim dicit, *Mihi vindictam.* Quid verò peius esse potest quàm gratia Dei excidisse? *Rom. 12.*

10. Suscipere illas, ut cæteras tribulationes è manu Dei sicut & SS. Martyres suas è manu Domini Dei suscipere, & ideo nihil eā ob rem cōquesti sunt. Sic S. Iob *Iob. 1.* iacturam bonorum, & filiorum, omniumq; aliarum rerum à Dæmone factā, tribuebat Deo, dicens, *Dominus abstulit.* Non dixit, Dæmon abstulit. Nam  
ut not



vt notat S. August. sciebat à Dæmone, ne pilum quidem tolli posse, sine voluntate & potestate Dei. Sic Dauid contumelia affectus à quodam suo subdito, eam tanquam à manu Dei profectam suscipiebat. Vnde in quodam Psalmo inquit: *Domine, opprobrium insipienti didisti me: obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Et alibi: *Domine, imposuisti homines super capita nostra.* Et omnia bella, ac iniurias ab inimicis acceptas, attribuit Deo.

*Psal. 66.*

*Psal. 38.*

*Matth. 10.*

Scriptura tota plena est, quod Deus immiserit & immitat pestē, bella, caritē annonæ, & omnia alia mala pœnæ. Et si ne passerulus quidem cadit in terram sine voluntate Dei, vt est in Euangelio, quomodo citra voluntatem Dei homini fiet iniuria? Et si ille rationem habet minimi hominis capilli, cur non habeat aliarum rerum?

OMNIA MALA POENÆ  
originem habere à Deo.

HÆC res tam vera est, vt si quis pertinaciter assereret contrarium, futurus sit hæreticus, quia repugnaret Scripturæ.

*Amos 3.*

Primò enim Propheta dicit, non est malū in ciuitate quod nō fecerit Deus.  
2. Dicit



# COMMVNIONE. 169

2. Dicit Deus per Isaiam Prophetam.  
Ego Dominus, & non est alter: formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & cap 45.  
creans malum.

3. Idem dicit Deus per Ierem. Ecce ego cap. 11.  
inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt.

4. S. Iob dicit: Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? cap 2.

5. S. David petit à Deo illuminari, ut cognoscat omnia mala ab ipso proficisci, dicens: Ut sciant, quia manus tua hac, & Psal. 108.  
tu Domine fecisti ea.

6. Dixit Dominus noster ad Pilatum:  
Non haberes potestatem aduersum me ullā, nisi tibi datum esset de super. Vnde cum Ioan. 19.  
Iudæi ipsum caperent, potestatem illis fecit capiendi, Apostolos autem capere non potuerunt, sed nec pilum illis adimere, quia potestatem non dederat.

7. Ait Augustinus in libris de Ciuit. Dei. Tam bonorum, quam malorum afflictionem Deo attribuendam.

Et in Psalmum nonum dicit, omnes poenas, quas patitur homo, in diuinam providentiam referendas. Et lib. 8 de Ciuit. Dei, cap. 2. ait, bella, & expugnationes urbium esse à Deo. Et rursus lib. 5 cap. 11. dicit, nec folium arboris sine voluntate diuina moueri. Ac in Psalm.

I 148. affe-



148. asserit, quicquid in hac vita contra voluntatem nostram contingit, procedere à Dei voluntate, prouidentia, ordine, nutu

Hinc liquet, quanto in errore versentur, qui dicunt: Facile æquo animo sustineo, quæ immittit Deus, at non possum ferre illata ab hominibus.

RESPONSIO AD QUANDAM  
*obiectionem.*

**P**ossent obijcere aliquis. Si Deus est omnium malorum causa, est etiam auctor mali.

Respondetur, Duplex esse genus mali. Alterum culpæ, cuius Deus non est auctor. Alterum poenæ, ut est morbus, pestis, bellum, caræ annonæ, terræ motus, æstus, frigus, & alia omnia, quæ hominem affligunt, & horum auctor est Deus. Verbi causa: Afficit quis me iniuria, verberat, spoliat, infamat, duæ hęc res sunt: Peccatum eius, quod hæc facit, & hoc est contra voluntatem Dei, qui permittit quidem illa fieri, sed tamen displicent illi. Deinde est damnum & poena mea, & hæc debeo suscipere à Deo & non ab homine, quia poena illa conueniens est voluntati & ordinationi diuinæ. Vnde, quod Christus pateretur, fuit voluntatis diuinæ, sed non, ut le-



COMMUNIONE. 171

dei illum occiderent. Illinc passio Deo fuit gratissima, hinc verò, ratione actionis illorum fuit execranda & abominabilis.

REMEDIA PRO IIS, QUI IMPENDENTE aliqua tribulatione turbantur.

PRIMUM, Cogitare, Deum esse fidelem, qui non permittet eos plura, *Cor. 10.* pati, quam sustinere queant, ut docet S. Paulus.

II. Cogitare de malis præteritis vitæ superioris, quæ aliquando visa sunt, antequam fierent intollerabilia, & tamen gratia diuina opitulante, superata sunt. Sic Deus quoque impertiet gratiam, ut superemus futura.

III. Considerare aliorum exempla, maxime illa Sanctorum. Quis non existimaret S. Petrum perterrefaciendum, si ei dictum esset, ipsum crucifigendum capite in terram verso. Et tamen hanc poenam ipse elegit. Similiter de S. Bartholomæo, quod esset excorians, & alijs Sanctis dicendum.



172 DE FREQUENT.  
REMEDIA PRO IIS, QUO

*pudet bene facere, ob respectus  
humanos.*

1. **S**i non pudet te facere malè, cur  
pudeat facere bene?

2. Memento te breui moriturum, &  
coram Christo sistendum, quanto tunc  
pudore suffunderis?

3. Si Christum nō puduit, è cruce pen-  
dere nudum: cur pudet te bene facere?

4. Tot millia virorum & foeminarum  
vitam pro Christo profuderunt, & tu  
verecundaris amore illius, aliquid boni  
agere?

5. Quid dices in die iudicii? quis tunc erit  
pudor tuus, quæ confusio?

6. Dum boni quidpiam agis, gaudium  
afficis totum coelum: an ergo ob respectus  
humanos vis eos illo destitui?

7. Qui erubescit bene agere, erubescit  
etiam esse Christianus, & quodammodo  
vna cum Petro negat Christum.  
Quid hoc pudore turpius?

8. Dominus dicit in Euangelio. Qui  
me erubuerit corā hominibus, erubescam  
& ego confiteri coram patre meo.

9. Psalmus dicit, Deum confundere  
& spernere illos, qui hominibus placent.  
Et S. Paulus: Si adhuc hominibus placerem  
Christi servus non essem.

Luc. 10. 8.

12.

Isa. 52.

10. Co



COMMVNIONE. 173

10. Cogita, quàm turpe sit ob respectus humanos nolle facere, quæ Deo grata sint, & Sanctis.

11. Promisisti in Baptismo, te renuciare Dæmoni, eiusq; operibus, solumque Deum amare velle: cur ergo non pudet opera Dæmonis exequi? diuina autem præstare pudet?

12. Tota Scriptura clamat, vt soli Deo conemur placere, & mundum contemnere: & tamen erubescimus placere Deo, & mundo displicere.

13. Magna amentia est erubescere in bono opere, ea re enim æquè in hoc mundo, ac in altero reddimur contempti: non autem pude fieri in opere malo, vnde huius vitæ, & alterius pœnas nobis conciliamus.

14. Qui respectu humano arcentur à bono, quantum pudefient tunc in inferno?

15. Ait Euangelium, Seruum scientem *Luc. 12.* Domini voluntatem, & non facientem, vapulaturum multis, quid ergo illo fiet, qui ob respectus humanos neglexit facere voluntatem Dei?

16. Quotidie dicis, *Fiat voluntas tua*, & tamen non facis illam, ad placendum hominibus.

17. Cogita, quantum in hora mortis



sis gauisurus, cum recordaberis, te ob respectus humanos à bonis operibus non destitisse.

18. An putas Deum te velle donare privilegijs, quibus nec filium suum, nec Sanctos vnquam donauit?

19. Putas te à Deo non videri? credis Deum ludere? persuadesne tibi, te à Deo ob tales iniurias non castigandum?

20. Cogita fieri non posse, vt bene sit tibi apud Deum & pariter apud mundum: vt placeas Deo simul & mundo.

21. Ob respectus humanos, ab edendo, ab ornando corpore, alijsque actionibus non absistis, & erubescis bene facere.

22. Si te quærentem thesaurum, alij iriderent, à cœpto non desisteres, & pudet te quærere thesaurum diuinæ gratiæ?

23. Considera ex vna parte Deum, & totum paradysum: ex altera verò mundum, vtrius potius habenda ratio, nonne prioris?

24. Ob respectus humanos non cessas bene facere ei, qui te è vitæ periculo eripuisse: cur ergo cessabis Deo, qui non solum dedit, sed etiā conseruat vitam?



REMEDIA CONTRA DE-  
sp̄rationem.

PRIMO perpende omnia remedia  
hactenus dicta, quæ sunt totidē Spei  
portæ.

Si desperes ob gravitatem peccati, in-  
tuere S. Petrum, qui negavit Christum,  
quod gravissimum fuit peccatum, &  
tamen Deus illi condonavit. *Matth. 26*

Si desperes ob multitudinem peccato-  
rum, habes Mariam Magdalenam, à se-  
ptem Dæmonibus obsessam, hoc est,  
omnibus peccatis mortalibus, & tamen  
omnia sunt illi remissa. *Luc. 8.*

Si ob fœditatem peccati, aspice in E-  
vangelio adulteram, & quid ei Christus *Ioan. 8.*  
Dominus dixerit.

Si ob peccati infamiam, habes S. Mat-  
thæum qui publicè sedebat, in telonio:  
vocatus autem, secutus est Christum. *Matth. 9.*

Si ob diuturnum statum in peccato,  
habes latronē, qui in malo perstitit vs-  
que ad mortem, & tamen audiuit: *Luc. 23.*  
*Hodie mecum eris in paradiso.*

Si ob immanitatem peccati, ecce tibi *Act. 7.*  
S. Paulum, S. Stephani lapidatorem, qui  
tamen factus est vas electionis.

Si ob frequentem reditum ad vo-  
mitum, ecce Dominum nostrum dicen-



*Matth. 18.*

rem, Si septuagies septies quis relabatur  
& resipiscat, benignè esse recipiendum.

Ioannes Chrysostomus ait. Si publicanus sis, potes fieri Euangelista. Si blasphemus, potes fieri Apostolus, si latro, cœli ciuis. Ne dic, peccaui, qui habes medicum potentiorē aegritudine tua. Si dicas, peccata mea magna sunt, quis est quæso peccati expers? Si dicas te esse omnium peccatorum pessimum, sufficit tibi ad placandum Deum, si te peccati poeniteat, & bene facias.

Considera, quot peccatores sint conuersi. Quod non est aliud quàm pignus supernę misericordię, vt dicit S. Gregorius.

Sic Augustinus, Deum dedisse filium suum, vt redimeret nos seruos: misisse Spiritum sanctum, vt seruos adoptaret in filios, & seipsum conseruat in hereditatem adoptatorum, vt nullus misericordię diuinę, quę nostra miseria maior est, diffidat.

Idem S. Augustinus dicit, Deum promptiorem ad impertiendam peccatori veniam, quàm peccator sit ad recipiendā. Vnde tantoperè festinat Deus in reo absoluendo à cruce conscientia, vt videatur plus cruciari ex commiseratione, quàm habet erga miserum, quàm



quàm ipse reus miser de sua miseria.

Dicit quoque Augustinus in illa verba Cain: *Maiores iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* Mentiris Cain, quia maior est Dei pietas, quàm vlla iniquitas. Addit idem, Cain plus offendisse Deum desperando, quàm fratrem occidendo, sicut Iudas grauius peccauit, se ex desperatione suspendo, quàm Christum prodendo.

S. Bernardus scribit, omnia peccata mortalia, & venialia ab initio mundi commissa collata cum diuina misericordia, esse quasi guttam, respectu totius maris. Cogita, Christum esse mortuum pro te, iterum què mortuum, si opus foret vnam què sacri sanguinis eius guttā satis fuisse ad redimendos centies mille mūdōs. Cur ergo vis desperare? desperate, & spera in Deo: diffide tibi, & confide in Deo. Eugia te, & curre ad Deū, qui omni loco & tempore, ad te amplectendū, ut fecit filio prodigo, est promptissimus. *Luc. 15.*

ALIA REMEDIA PRO IIS  
qui ob multitudinem peccatorum  
desperant.

I S A T.



Gen. 2.

**A**TTOLE oculos ad Iesum Christum, & dic. Ille est caro de carne mea, os de ossibus meis, sanguis de meo sanguine: Ille amat carnem meam, ossa mea, sanguinem meum: igitur & amat me: si autem me amat, me utique vult saluare. Indignus quidem sum salutem sed tu non es dedignatus carnem meam, sanguinem meum, ossa mea, vitam meam: infinita sunt merita tua, nec ergo pauca sunt mea. Sanguis tuus non clamat vindictam, sicut clamabat sanguis Abel contra Cain, sed clamat mercedem, & misericordiam pro nobis miseris peccatoribus. Si Deus ergo totus est misericors, imò ipsa misericordia, iustitia vult, ut misericordia utatur. Si deinde Christus, non modò non me condemnat sed defendit, cur est resuscitatus? & sedet ad dexteram Patris, ad exercendum pro me officium advocati, quomodo fieri potest, nisi mihi desim, ut ego peccem.

Rom. 8.

*Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

2. Par. 33.

Luc. 6.

Luc. 23.

Luc. 18

19.

Manassen poenituit peccati, & ei condonatum est. Magdalena poenitentiam egit, & facta est carissima Christi discipula. Latro doluit, & subito ad Paradisum peruenit. Publicanum poenituit, & factus est Euangelista. Zachæum itē, & fa.



& factus est filius Abrahæ: Dauid pēni *Psal. 10.*  
tentiam egit, & ex eo Deus carnem *2. Cor. 12.*  
assumpsit. Raab meretrix similiter, &  
annumerata est Dei populo. Paulus itē,  
& raptus est in tertium cælum.

S. Iohānes in epist. sua ait, *Filioli mei, hæc  
scribo vobis, vt non peccetis, sed si quis pecca-  
uerit, aduocatum habemus apud Patrem;  
Iesum Christum iustum, & ipse est propitia-  
tio pro peccatis nostris, non pro nostris autem  
tantum, sed etiam pro totius mundi. Quam  
ergo diffidentiam habere possumus sub  
alis huius mediatoris?*

Ingredere, ingredere viua fide, vna cū *Exod. 14.*  
populo Israhelico mare rubrū diuinæ  
misericordiæ, & sāguinis Christi: in quo  
& per quod omnia peccata tua de- *Ibidem.*  
gentur, sic, vt in æternum amplius vide-  
deri nequeant. Et si fortē illa videris, e-  
runt instar illorum Aegyptiorum sub-  
mersorum & mortuorum in littore, qui  
non solū non terrorē illis incusserunt,  
sed etiā sua specie excitarunt ad Dei lau-  
des. Non secus tu fac Dæmoni, & pecca-  
tis, supra quæ ille ad te terrendū equita-  
uit: Vbi enim semel illa confessus fueris,  
& satisfactione expiaris, demersa erunt  
in magno misericordiæ mari. Quare, li-  
cet in mentem veniant, non possunt tibi  
nocere, nec ad desperationē prouocare,



180 DE FREQUENT.

quia iam sunt demersa & mortua. Imo tibi causam dare debent Deū laudandi, ei que gratias agendi, quod à talibus hostibus te liberarit, ut in posterum sis cautior, ne in tale periculum rursus incidas.

Non est Dæmon, aut pars offensa, aut is, qui te habeat iudicare, sed Deus. Qui si te iustificet, quis audebit condemnare? Et si ille sit pro te, quis erit contra te? Si vult esse Aduocatus noster, quid sinis te terrefacta dæmone? Si Deus te abduxit à via mala, bonamque voluntatem benefaciendi tibi dedit, cur dubitas de peccatis præteritis? certè si propter illa voluisset te condemnare, nonne potius tunc condemnasset, cum poenā merereris? cum ergo tanto tempore patiēter te tolerarit, & tempus vitæ emendandæ dederit, prorsus indicat, quod te saluum esse velit. Nō te damnauit captiuum & inimicum capitalē, & iam te condemnabit? dum vis esse bonus & fidelis eius amicus? An hæc fortè est natura Dei? Hoc argumento utebatur S. Paulus, dicens: *Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē Filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.* Nam si Deus tanto ardet desiderio salutis nostræ, ut pro illa acerbissimos cruciatu

Rom. 5.



ciatus sustinuerit, cur mihi nunc non ignoscet?

Si ex industria & sponte venit ad querendam ouem errantem, si tanta misericordia prauent filium prodigum, cur non recipiat te, qui vis degere in eius ouili, & bonum in posterum prestare filium? Quomodo de misericordia diuina desperare possum, si cum iureiurando dicat. *Vino ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat?*

*Luc. 15.*

*Ezech. 18.*

Si Deus est pater misericordiae, & Deus totius consolationis, ut loquitur S. Paulus, si inuitat nos, per eundem, ut adeamus ad thronum misericordiae suae, si inuitat ad se peccatores peccatis oneratos, ut reficiat illos, si dicit se uenisse propter peccatores, quomodo me deserre potest, cum dixerit, prius coelum & terram transituram, quem verba sua transeant?

*1. Cor. 1.*

*Heb. 4.*

*Matt. 11.*

*Luc. 5.*

*Luc. 11.*

Si ille commendauit nobis, ut inimicis nostris ignosceremus, dicens, *Dimittite, & dimittimini*, quomodo non dimittet nobis omnia peccata nostra, qui cupimus esse eius amici, & dimittimus nostris inimicis? Si ille petijt ignosci suis crucifixoribus, illis nil tale petentibus, quomodo non ignoscet, quomodo viscera misericordiae concludet? quomodo

*Luc. 6.*



modo non erit aduocatus eius, qui enim non dico crucifigit, sed adorat, veniam exposcit, & mauult mori, quam deinceps Deum offendere? Si Deus omnibus horis tanta misericordia utitur erga illos, qui singulis horis ipsam offendunt, & bonum pro malo reddit, num illam mihi negabit, qui nolo amplius eum offendere, & doleo offendisse, & imploro misericordiam? Et si Deus non me deseruit errantem, omnibusque horis se offendentem, imò mihi benefecit, nunc me deseret benefacere volentem, totoque corde de offensa lamentantem? Si antequam praeuenirer à misericordia eius ad agendam poenitentiam, eram longe indignior illa, cur nunc ea non ero dignior?

Misericordiae diuinæ proprietas est, tollere miseras. Vnde Eccl. dicit. *Deus cui proprium est miseri, & parcere.* Cum ergo Deus sit infinitè misericors, infinitè quoque optabit peccata nostra remittere. Quare dicit S. Augustinus, Deum tanto desiderio teneri liberandis nos à miserijs nostris, ut quasi maiore vel dolore afficiatur, quando nos aut nolumus, aut tardamus eius misericordiam acceptare. Igitur mihi ignosce. Dici-



# COMMUNIONE.

183

Dicitur in Euangelio gaudere omnes  
angelos, totumque paradysum peccato-  
re pœnitentiam agente: me ergo pœ- *Luc. 15.*  
nitentiam agente, Deus paradysum pri-  
uabit tanto gaudio? Si Pater carnalis, li- *Luc. 11.*  
cet malus, filio petenti panem, non por-  
rigit lapidem, vel petenti ouum, non  
porrigit scorpionem, aut pro serpente  
pisces, quare Deus (cuius bonitati col-  
lati omnes Patrum amores sunt o-  
dia) mihi mortem porriget pro vi-  
ta? desperationem pro sp̃e, tenebras pro  
luce? Vnde ait in Euangelio. Si vos pa-  
tres cum sitis mali, nostis bona data da-  
re filiis vestris, quanto magis Pater cœ-  
lestis dabit spiritum bonum petenti-  
bus se?

Si Iesus Christus D. N. dum esse in  
mundo, manducabat cum peccatoribus,  
cōplectebatur peccatores, nō abhorrens  
ab ullo infirmitatis genere, imō quære-  
bat infirmos & peccatores, & ideo mā-  
sit nobiscum; cur non idem faciat nunc?  
an fortē mutauit naturam, aut non est  
idem qui fuit? Magna est Dei gloria,  
quādo quis resipiscit & pœnitentiā agit:  
tunc enim apparet Dei potentia, iustifi-  
cate siquidē peccatōrē; maioris est potē-  
tię, quā de nihilo cōdere celū & terrā, te-  
ste Augustino, Deinde apparet sapiētia,  
quia



quia bonum elicit ex malo, & suauem  
sonum ex cythara non accommodata.  
Bonitas denique quia benefacit inimicis  
suis. Si igitur Deus non condonasset  
mihi mea peccata, priuatus esset hac  
gloria.

PECCATA VENIALIA CVP  
*fugienda.*

**O**Cto causas suprà recensui  
cur peccata etiam venialia sint fu-  
gienda, quibus hæc sex possunt adiungi.  
1. Quia impediunt deuotionem oratio-  
nis mentalis. 2. Progressum in vita spi-  
rituali. 3. Displicent Deo, & impediunt  
quo minus voluntati diuinæ perfecte  
obsequamur. 4. Faciunt, vt multis do-  
nis spiritualibus destituamur, quibus alioquin  
ornandi fuisset, si illa non obstitissent.  
Sunt enim quasi furunculi, qui paulatim multa  
eripiunt, & licet furari non videamur, eò quod  
minuta quedam eripiant, tamen exitus tandè  
probat furtum commissum, cum Dominus  
deprehendit sibi multa deesse: sic nos  
dum à venialibus non abstinemus, etiam  
si nihil perdere videamur, tamen  
latis perdimus, dum multis donis pri-  
uamur. 5. Reddunt animam infirmam  
& obnoxiam omnibus malis infirmo-  
rum.



rum. Sunt quoque velut exigua in corpore vulnera, quæ licet læthalia non sint, tamen afferunt fastidium, & impediunt ad sanitatem. Vt ergo omni studio curamus & illa sanari, sic debemus etiam sanare peccata venialia. Quia impediunt, minus perfectè Deum & videamus, & amemus, sicut pulueres obiecti oculis impediunt, quo minus possimus rem conspicerè.

SS. PATRVM DICTA DE  
*peccato veniali.*

S. Augustinus quodam in loco dicit. Ne cōtemne peccata parua, & si parui facis, dum ea ponderas, time saltem quando annumeras. Idem ait. Nullum peccatum tam paruum est, quod contemptum non fiat magnum: arenæ enim maris licet exiguæ sint, & similiter guttæ aquæ, tamen multiplicatæ augēt flumina, & magna damna faciunt; guttæ quoque subeuntes nauem tandem eā submergunt. Idem ait. Nullum esse tam paruum peccatum, quin hominem, si in eo sibi complaceat, occidere possit; quia disponit ad mortale.

S. Hieronymus vult magnam haberi venialium rationem: nec debere considerari, quòd parua sint, sed quòd magnus sit Deus, cui displicent. Et



Et qui tantum cauent à mortalibus, parui autem faciunt venialia, sunt similes famulo, qui Domino obsequi non vult, nisi quando stringit gladium; & mulieri, quæ cum sit impudica foris non aliud facit, quàm ne displiceat marito.

S. Gregorius scribit, veniale aliquando periculosius esse mortali: quia hoc cognoscitur, illud verò, quia non cognoscitur, potest dare causam magnæ ruinæ.

S. Bernardus in sermone de conversione S. Pauli, contra quosdam qui parui faciebant peccata venialia, valde exaggerat eorum gravitatem in hominibus, maximè spiritualibus, eò quòd magna bona, & egregia Dei dona & gustus impendant.

S. Thomas asserit nec minimū peccatum veniale patrandum esse ad evitandum quantumvis maximum scandalū, eò quòd veniale disponat ad mortale, & maximum damnum animæ adferat.

Taulerus ait nulla lingua explicari, nec vlllo intellectu capi posse, quàm perniciosum animæ sit peccatum veniale, idque facile notari posse ab eo, qui eius mala cognovit, inter quæ est, quod obliget ad poenam luendam, vel in hoc seculo, vel in Purgatorio. Quod pulchritudinem



dinem animæ contamine. Quod feruorem caritatis tam utilem & necessarium imminuat. Quod vires animi debilitet. Quod retardet à gloria. Quod impediât augmentum gratiæ & gloriæ, ac denique quod viâ paret ad mortale

POSSITNE LICITE COMMIT-  
ti peccatum veniale, ad salutem toti-  
us mundi procurandum.

§ Thomæ, cæterorumque Doctorum communis opinio est, si totius mûdi conflagratio, & omnium hominum æterna damnatio, vno mendacio posset caueri, potius permittendam esse totius mundi, & omnium hominum iacturam, quàm proferendum mendacium, licet paruum.

Primò, quia non sunt faciēda mala, vt eueniant bona, vt loquitur S. Paulus. *Rom. 3.*

II. Quia Dominus dicit in Euāgelio. *Matth. 10.*  
*Quid prodest homini, si uniuersum mundū lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur? quasi dicat nihil.*

III. Quia homo plus debet diligere animam suam, quàm omnia alia, & ideo ne minimum quidem damnum inferre



inferre debet illi, pro incolumitate aliarum rerum. Peccatum autem veniale, quantum damnum afferat animæ iam dictum est.

IV. Quia noster finis est, Videre Deum, & ideò nihil facere debemus, etiam pro toto mundo, quòd nos ab illo fine retardet. Peccatū autē veniale retardat.

V. Non modo pro toto mundo, sed nec pro salute ceterum millium mundorum debemus agere quidquam, quo offendantur Deū, vel quod Deo displiceat. At peccatum veniale verè Deo displicet, ac proinde & illum offendit: quare nec committendum est, quamvis multi sint, qui putāt ad vitam vnius hominis seruandam licitum esse etiam iuramentum falsum præstare.

Caietanus Cardinalis in *summa* sua dicit, eum qui parui facit peccata venialia, non habere magnam animæ suæ curam, seq; multis bonis spoliare fructibus. Angelum idem custodem propter illa subtrahere suam curam, & à multis malis non præseruare eum, qui negligit sibi ipsi benefacere. Quæ res est consideratione dignissima.

S. Catharina Senensis, vt est in eius vita, ait multum Deo displicere culpam quantumvis paruum, si frequenterur, & con-



## COMMUNIONE. 189

& coniuncta sit cū contemptu, & quando homo negligit eam per poenitentia & contritionem corrigere.

S. Brigida, cui sæpè id fuit reuelatum, affirmat vehementer Deo displicere peccata venialia frequentata & contempta, eaque grauitè ab eo sæpè castigari.

### PECCATA VENIALIA ESSE *se noxia communicantibus.*

**D**OCTORES, & inter cæteros Tabiena in *Summa* tradunt quando quis non vult abstinere ab aliquo peccato veniali, aut ad communionem vadit cum actuali peccato veniali deliberatè, eum priuari effectū gratiæ Sacramentalis, qui est proprius huius Sacramenti effectus. Gratiæ autem Sacramentalis est dulcedo quædam spiritualis, quæ deuotionem alit & vitiorum inclinationem debilitat. Hæc autem dulcedo potius experientia, quàm scientia discitur. Quod certè magni faciendum est, vt deuotio nimirum conseruetur. Atque hinc fortè sit, quòd multi, dum Sacramenta frequentant, non tamen hanc dulcedinem experiantur.

**SPIRITUALES HOMINES**  
*non proficere in spiritu, quod parui faciunt venialia.*

100.



190 DE FREQUENT.

**D**OCTOR quidam potius quæstio-  
ne, quid impediatur profectum in  
spiritu: Respondet inter alias causas ef-  
se vnam hanc, quod parui fiant peccata  
venialia. S. Bernhardus, cum dixisset,  
homines spirituales magni facere debe-  
re venialia, addit, ab ijs æquè deslenda  
esse, ac ab alijs mortalia.

QVOD PARVI FIANT VENIALIA,  
*origi ex paruo timore Dei.*

*Eccl. 19.* **S**. SCRIPTURA ait. Qui spernit mo-  
dica, paulatim decidet. Et alibi. Qui ti-  
*Eccl. 7.* met Deum, nihil negligit. Qui ergo timet

Deum, magni faciet peccata venialia.  
De ijs verò qui hoc timore carent, dicit  
Deus in in eadem scriptura, Si non in ti-  
*Eccl. 27.* more Domini tenueris te instanter, citò sub-  
uertetur domus tua, id est anima tua.

PECCATO VENIALI CONTRISTARI SPIRITUM SANCTUM.

*Ephes. 4.* **S**. PAVLVS scribens ad Ephesios, in-  
quit, Nolite contristare spiritum sanctum.  
Quid verò contristat spiritum sanctum,  
nisi parui facere peccata venialia, qui-  
bus impeditur quasi spiritus sanctus, ut  
non possit operari in nobis, prout vult.  
Nam sicut peccatum mortale illum ei-  
cit, ita veniale contristat.

SE



SENTENTIA LVD. GRANA-  
*tensis de peccato veniali.*

**L.** Granatensis inter orationis impedi-  
menta numerat, parui facere pecca-  
ta venialia, eò, quòd sicut encaustum fir-  
miter hærere non potest æri, sed auro,  
sic præstantissimum encaustum deu-  
otionis in Deum non possit hærere, nisi  
in corde admodū puro, limpido & im-  
muni ab omni genere peccati.

Adhæc dicit, quemadmodū peccatū  
mortale est mors animæ, sic veniale esse  
infirmatē, vel febrem quandā animæ.  
Vnde sicut homo nō solum reformidat  
mortem, sed etiam minimum corporis  
malum, vt pruritus vel scabiem, sic de-  
beret etiam reformidare lapsum pecca-  
ti venialis. Addit peccatū mortale, esse  
quasi occidere auiculam, veniale verò  
rescindere, aut truncare ei alas, vt non  
possit amplius in altum volare, vt antè.

Deinde subiungit, quemadmodum  
mulier non ilicò redditur peruersa, sed  
paulatim; sic per peccata venialia sen-  
sim gradum fieri ad mala maxima.

Præterea, sicut vestis non statim at-  
teritur, sed paulatim, ac tandem de-  
struitur; & sicut ædes nō subitò corruūt,



sed sensim, sic homo in vita spirituali  
si peccatorum venialium rationem  
habeat Ut verum sit quod vulgari pro-  
uerbio dicitur, neglecto clauo amittit  
ferum, ferro neglecto equum, equo ne-  
glecto perire equitem.

Deniq; ait, nullum peccatum esse  
exile, quin contemptum magnum affe-  
rat detrimentum. Neque aestimandum  
esse exile, quod refertur ad tam subli-  
mem finem nempe amoris diuini. Vnde  
de Dominus in Euangelio dicit. *Qui*

*Luc. 11. minimo fidelis est & in maiori fidelis est.*

*SIMILITVDINES AD HOC  
propositum accommodata.*

**Q**UAE AD MODVM bonus fi-  
lius, beneuola coniunx, & fide-  
seruus, cauent diligenter ne vel mi-  
nime offendant patrem, maritum, Do-  
minum, sic nos sedulo cauere debemus  
ne vbi vel minimo lapsu offendamus  
Dominum Deum, considerareq; non  
peccati paruitatem, sed prohibitionem  
Dei, qui magnus est, qui in die iudicii  
vult sibi etiam de verbo otioso re-  
sponsum.

*S. GERTRVDIS DICTVM DE  
peccato veniali.*

DOM



**D**ominus Deus quodam tempore illi indicauit duo esse genera peccatorū venialium, Quædam enim sunt defectus tantum, qui inconsideratè etiam à pijs committuntur. Et hæc permittit Deus, vt maneāt humiles, & submissè de se sentiant, atq; ita se melius in virtute exerceāt. Alia verò sunt, quæ velut parui momenti à quibusdam contemnuntur, & quod peius aliquando, quasi peccati rationem non habeant, defenduntur. Et propter huiusmodi lapsus vel peccata potest homo venire in magnū salutis discriminē. Quiq; hoc genere peccatorum obnoxij sunt, parum in virtute proficiunt.

**EX DICTIS MAGNAM CON-**

*solationem posse capere scrupulosos,  
timorem verò eos qui laxa  
sunt conscientia.*

**S**unt quidam adeo scrupulosi, vt omnibus in rebus putent se peccare, & dū peccant venialiter perinde anxij sunt, atq; si mortaliter deliquissent. Quos id solari debet, Deum tales defectus permittere, ad maius ipsorum bonum, & vt se magis demittant. Alij flocci faciunt peccata venialia, & magno in timore versari meritò debent.

K

QVÆ



## Q V Æ S T I O.

*Possintne quis in hoc saeculo esse ex-  
pers peccati venialis.*

**D**VRANDVS respondet cum di-  
stinctione pulchra. Primò enim  
esse quædam venialia ex surreptione  
commissa, id est, ex inconsideratione,  
ignorantia, fragilitate, vt homo non  
aduerrat quando illa committit: cuius-  
modi est, nictium comedere, bibere, ri-  
dere, loqui, mentiri otiosè, submurm-  
rare, &c. sine quibus homo viuere non  
potest. De quibus intelligitur illud scri-  
ptum. *Septies in die cadit iustus.* Alia pec-  
cata dicit esse venialia scienter. vt cum  
quis sciens prudens profert mendaciū. Et  
ab his homo semper tenetur abstinere,  
& facillè potest. Atq; hæc sunt, quæ ma-  
la illa, de quibus non semel diximus,  
procreant.

**AN REMISSO PECCATO**  
*veniali sit remissa & pœna.*

**R**ESPONDEO non esse, nisi tan-  
ta sit contritio, vt simul pœna tol-  
latur, si cut accidit in Maria Magdalena.  
*Peccata venialia expiantur*

PRIMO



## COMMUNIONE

195

### PRIMO Contritione.

2. Confessione.
3. Communione.
4. Cum dicitur Confiteor & Miserere.
5. Aqua benedicta cum deuotione suscepta.
6. Dominica oratione, *Dimitte nobis, &c.*
7. Benedictione Episcopali.
8. Auditione Sacrificii Missæ.
9. Examine conscientie.
10. Ingressu Ecclesiæ consecratæ iuxta Dionys. Carthusianum.
11. Tunctione pectoris, & dicendo, *Deus propitius esto mihi peccatori.*
12. Exercendo se in aliquibus operibus misericordiæ.

### REMEDIA AD CAVENDA *peccata venialia.*

PRIMUM, manè proponere, se potius moriturum, quàm scienter peccatum veniale admissurum.

2. Fugere occasiones, negotia, & alias conuersationes quæ causam præbent peccandi.
3. Statim dolere, si in aliquod peccatū lapsus fuerit, postulare veniam à Deo, & proponere emendationem.
4. Examinare conscientiam vespere, &

K a

volue



voluntariam aliquam assumere pœnitentiam.

Crebrò commendare se Deo, & Sacramenta frequentare.

REMEDIA AD EFFUGIENDAS  
*das pœnas Purgatorij.*

**P**rimum, Abstinere à peccatis venialibus, & si quæ commissa sint, dolere de illis, & pœnitentiam agere.

2. Non adherere huius mûdi rebus, ijsq; vii, tanquam à Deo accommodatis.

3. Experere purgatorium in hoc mûdo, nam magno beneficio Deus nos afficit, quando id concedit.

4. Pœnitentia voluntaria. Vna enim oratio Dominica dicta in vita, multo plus valet, quàm multæ ab alijs dictæ post mortem.

5. Communicatio bonorum Religionis. Quod à paucis cognoscitur.

6. Patiētia in tribulationibus, eas pro peccatis suis Deo offerendo.

7. Exercere se in operib<sup>9</sup> misericordiarum.

8. Offerre Deo omnia opera bona, pœnalia, quàm nō pœnalia, pro peccatorum suorum satisfactione.

9. Perseueranter à Deo petere, vt liberet ab illis pœnis.

10. Sancta Sacramenta frequentare.

11. Mor



COMMVNIONE. 197

11. Mortem, quando vicina fuerit, amore Dei suscipere, & sponte desiderare ac expetere oleum sanctum, vel extremam vnctionem.
12. Deuotè, & in gratia Dei suscipere Indulgentias.

DE CONFESSIOE EX Petro Damiano.

1. **Q**uando resipiscis, & vis poenitentiam de peccatis agere, primò elige bonum Confessarium, qui in omni tentatione tuum sit perfugium, in eo intuendo Deum, & in eodem recurrendo ad Deum.
2. Vbi elegeris Confessarium, nò adire alium, sine eius licentia.
3. Non amare paruas poenitentias, quia te ipse decipies, cum lōgè maiores luendæ sint in Purgatorio.
4. Non confiteri ex metu; illa enim esset coacta confessio.
5. Non excusare te, dum confiteris: quia tunc non esset confessio, sed defensio.
6. Non accusare alios, quia non esset confessio, sed offensio.
7. Non confiteri, vt videaris bonus, quia esset illusio, non confessio.

K 3

QVA



QVÆ OBSERVANDA SINT  
in confessione.

*I psalm. 31.*

OBSERVANDUM est, quod David dicit in psalmis: Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Primò, dum dicit, dixi, demonstrat verum & firmum confitendi propositum.

2. Cùm dicit, Confitebor, indicat debere nos confiteri, non garrere, non ridere, non ludere.

3. Cùm dicit, Domino, declarat confituros adire debere non tanquã ad hominem, sed tanquã ad Deum, & ideò nõ veracũdari quodcũq; patefacere peccatum, cùm nullum lateat Deum.

4. Dum dicit, iniustitiam meam, indicat malè facere, qui se laudant, & dicunt non sum furatus, non adulteratus & alia similia.

5. Cùm dicit, aduersum me, indicat nihil mali esse dicendum de alijs in confessione.

DE GRADIBVS AD SALV-  
tem.

PRIMVS gradus est. Agnitio peccati, considerando peccata præterita, & fœditatem eorundem commissõrum  
pet



per corpus, quod debebat esse vas sanctitatis. Secundò, agnoscere, quid per peccata promerueris, nempe poenas inferni. Tertiò, quid amiseris, nempe bona coelestia.

*Secundus gradus.*

Poenitentia, vel dolor de peccatis, cum proposito mortificandi carnem, & non amplius peccandi.

*Tertius gradus.*

Primò, intensus dolor de peccatis commissis, & quòd ijs offensus sit Deus Creator, cuius legibus paret cœlum, terra, mare, & quicquid est: tu verò solus rebellis fuisti Deo, & sancta eius decreta respuisti.

2. Maior dolor, quòd offenderis tuum Creatorem & Patrem, & qualem Patrē? Qui tibi largitur terræ fecunditatem, fructuum copiam, & gubernavit semper te, & adhuc gubernat.

3. Adiunge gravissimum dolorem, qui animam tuā transuerberet, eò, quòd tantum benefactorem tuum contempseris, qui acerbissimos in cruce dolores sustinuit, ne tu sustineres cruciatus inferni.

*Quartus gradus.*

Confessio, quæ debet esse pura, non mixta alijs narrationibus, integra, sine



prætermissione vllius peccati: humilis, vt quod ore dicitur, intimè in corde sentiatur.

*Quintus gradus.*

Castigatio carnis, quæ cum facultate Confessarij fieri debet, ad effugiendam vanam gloriam. Deinde occultè, vt sinistra nesciat, quid faciat dextra. Tertiò discretè, quoad feret valetudo & infirmitas corporis.

*Sextus gradus.*

Correctio operum, & primò Lingue, ne loquatur de rebus malis. Secundò motuum sensualitatis, illos refrenando. Tertiò malorū hominum, corripiedo illos, nec tolerando, vt in conspectu iustitia opprimatur.

*Septimus gradus.*

Perseuerantia in bono: quam consequere, si perpendas præmiorū æquæ ac suppliciorum æternitatem, si primitias spiritus, aliq; dona à Deo tibi donata.

*QUÆNAM AVOCENT HOMINEM à Confessione.*

**P** R I M O, Pudor in patefaciendis peccatis. Cui opponi debet: Confessarium locum tenere Dei, cui omnia sunt nota: & quòd in die Iudicij omnia patefient,



II. Timor Pœnitentiæ. cui opponenda sunt pœnæ æternæ inferni.

III. Ne habeatur improbus, vel iacturam faciat rei temporalis. Cui opponi debet iactura bonorum cœlestium.

IIII. Desperatio de cauendis peccatis, maximè incontinentiæ. Cui opponendum est propositum de cætero nō peccandi. Gratia, quæ recipitur in Sacramento, & Orationes Confessarij.

Origenes ait: Diligentes attende, cui peccata tua confitearis. Quære medicum bonum animæ tuæ, qui norit cum infirmis infirmari, cum flentibus flere, & modum habeat alijs compatiendi. Quod si Medicus fuerit exercitatus, & misericors, sequere eius consilium, & licet medicinam aliquando præbeat amarā, noris id illum facere, ut te facilius restituat sanitati.

S. Hieronymus inquit: Si serpens diabolicus quempiam mordeat occultè, & ille tacuerit, nihilque dixerit medico, non reualefcet. Nam medicina non sanat eum, qui eam non cognoscit.

S. Ambrosius asserit, Christianum peccata sua cælantem, similem esse vulpi, quæ ad fraudem faciendam delitescit in specu.

Petrus Blesensis scribit, Infirmos pruden-



192 DE FREQUENT.

dentes non verecundari, etiam in partibus corporis secretis mala sua ostendere, & tu animæ tuæ mala non vis ostendere Confessario?

S. Augustinus, sicut apostema patefactum detumescit, & saniem eiicit, unde sequitur sanitas: sic qui vlcus animi per Confessionem aperit, sanitatem eius recuperat.

FRUCTVS CONFESSIOIS

1. Remittit peccata.
2. Confert gratiam.
3. Commutat poenam æternam in temporalem.
4. Expiat partem poenarum temporalium.
5. Mentem refrænat, & conscientiam tranquillat.
6. Recuperat amissa bona.
7. Ex attrito facit contritum.
8. Animæ restituit sanitatem.
9. Exhilarat totum paradysum.
10. Lucratur communionem Sanctorum.
11. Semper aliquid boni à Confessario discit.
12. Contristat vehementer Satanam.
13. Angelum custodem exhilarat.

42



ADMONITIONES AD RE-  
cte instituendam Confessionem.

QVONIAM paucissimi rationē recte confitendi tenent: qui bene confiteri cupit, obseruet sequentia monita.

## I. Admonitio.

Primò, antequam ad Confessionem accedat, tempus aliquod impendat Examine conscientie, maxime si à multo iam tempore confessus non fuerit: cogitetque se præ manibus habere rem magni momenti, alijsque negotijs merito anteponendam. Nam si per negligentiam, omittatur vnum peccatum mortale, Confessio redditur nulla. Quod multi nesciunt, vel nō aduertunt.

## II. Admonitio.

Dicat numerum peccatorum mortalium, alioquin Confessio non erit integra. Numerum autem dicat eo modo, quo potest, vel saltem quanto tempore perstitit in peccato, vel certè dicat, se in illud recidisse, quoties occasio se obtulit.

## III. Admonitio.

Dicat circumstantias, vt si furatus sit, adiuncto alio malo fine, vt ad occi-

K 6

den-



dendū, vel aliud: si concupiuit coniugatas, viduas, virgines, vel alias similes. Si peccarit in templo. Si peruerso sermone alium induxerit ad malè faciendum. Si peccarit in præsentia aliorum, cum scandalo, vt comedendo carnes die vetito, vel, si sit persona magnæ autoritatis, &c. si votū fecerit non iurandi, fornicandi, &c.

*IV. Admonitio.*

Numero cum circumstantijs patefacto, ex reliquo satis est, aperire speciem peccati, sine vlla narratione historiarū, vt si iurārit, furatus sit, dicat: millies furatus sum, ceteris iuravi, occidi, adulteratus sum, nec enim opus est minutè dicere modos, quibus ista peracta sūt, sed satis est dicere. Toties sum fornicatus, mentitus. Si de lectione peccauit, sufficit dicere: Turpiter attigi toties hæc vel illa personarū genera, nō addito aut loco, aut modo. Si verba tantū inhonesta dicta sunt, non sunt ea particulatim dicenda, sed sufficit dicere. Verba inhonesta effutiui tali fine. Si de cogitationibus agatur, dicat. Cogitationi foedæ assensi toties, patefaciendo tamen cogitationis speciem.

*V. Admonitio.*

Sciat, quæ cogitationes malæ sint: peccata mortalia, quando illis præbetur  
con-



cōsensu, vel vult quis se in ijs oblectare, licet non velit facere. In quas cogitationes solent incidere homines vitiosi, & qui inordinatè amant aliquas creaturas.

*VI Admonitio.*

Caveat, ne quenkum in confessione infamet, & idcirco nunquam debet nominare personam cū qua peccauit.

*V. I. Admonitio.*

Non excuset sua peccata, vel nimium amplifcet, nec dubia protertis, aut certa pro dubijs dicat.

*VIII. Admonitio.*

Magnum studium adhibeat in quærendo bono Medico pro anima sua, sicut qui æger esset, quæreret pro corpore: eoq; maius, quò anima corpore præstantior est. Quætere enim Confessarium rudem & simplicem, est quætere ducem certum ad infernum.

*CASVS, QVIBVS CONFESSIO nulla est.*

1. Quando ex pudore, vel malitia peccatum mortale reticetur.
2. Quando in Confessione dicitur mendacium in materia graui, & peccati mortalis, quæque sciebatur talis esse.
3. Si peccatū mortale prætermittatur, ob antegressā negligentē preparationē.

H 7

4. Si



4. Si non habeat propositum abstinē-  
di ab aliquo peccato mortali.
5. Si sit excommunicatus, nec curet  
se prius absolui.
6. Quando, dum habet res magni mo-  
menti, eligit Confessarium iudem, ca-  
rum rerum ignarum.

### MODI VARI ORATIONEM

*Dominicam cum deuotione recitandi.*

#### PRIMVS.

*Accommodatè ad Dei beneficia.*

#### PATER NOSTER.

**O** Pater, qui me nondum in rerū  
natura existentem, summi boni  
capacem condidisti, licet scires quā  
ingratus essem futurus: deinde iā per-  
ditum, sanguine & vta dilectissimi fi-  
lij tui redemisti, quid pro talibus, tan-  
tisque beneficijs, quibus super me mi-  
serum creaturam pluisti, rependam?

#### QVIES IN COELIS.

Pro me cœlos condidisti, in quibus  
& continenter meum aduentum ex-  
spectas. Vt autem hæres cœlorum es-  
filium tuum in terram venire voluisti,  
ibique



ibiq; totos triginta tres annos, in tanta paupertate, doloribus, & afflictionibus viuere. Quid verò pro hoc tanto beneficio reddam Pater liberalissimè?

SANCTIFICETVR NOMEN  
TVVM.

Tu me capacem fecisti ad sanctum nomen tuum collaudandum, quòd Angelorum officium est. Sancto quoque nomine tuo me honorasti, vocando me Christianū, hoc est, filium Dei, & hæredem cœli, cum non ignorares quàm tali nomine indignus, & à laudibus diuinis alienus essem. Me fecisti fratrē (vel sororem) Iesu, quem in medio duorum latronum crucifigi voluisti, vt ego nomen tuum laudare possem in medio Angelorum. Quas referam gratias pro tanto beneficio, tam ingrata, indignę, & miserabili creaturæ præstito o Pater sanctissime!

ADVENIAT REGNV M TVVM.

Tu, vt me faceres Regem cœli, voluisti filium tuum assumere formam serui pauperis, vilis, & abiecti, nasci in stabulo, multas noctes diesque agere in deserto, conuersari cum hominibus infamibus, lauare pedes piscatoribus, conculcari à toto mundo, & mori suspensū

iam



208 DE FREQUENT.

in cruce. Quid tibi rependam pro hoc beneficio, Pater dulcissime?

FIAT VOLUNTAS TVA.

Tu, ut ego facerem voluntatem tuam, voluisti filium tuum obsequi voluntati hominum, obediendo usque ad mortem crucis: verum quid aliud fuit vita mea, quam, semper tuæ voluntati repugnare? meamque impiam & infœlicem voluntatem perficere? & tamen tanto tempore me tolerasti. O Pater patientissime! quid tibi hac de causa retribuam?

PANEM NOSTRUM QUOTIDIANUM DA NOBIS.  
HODIE.

Quid tibi rependam pro institutione S. Sacramenti? Nam si considerem personam, quæ illud instituit: ea fuit divinissimus tuus filius. At pro quibus instituit? pro me, quem sciebat tam malè, indignè, tepidè, & indeuotè illo usurum. Tempus autem institutionis fuit, cum iam iret ad mortem, quæ tum illi parabatur, cum ipse nobis præpararet vitam, qua toti in eum transformaremur, meritumque suorum participes efficeremur, & hoc cœlesti manna in præsentis mundi deserto continenter reficeremur.



COMMVNIONE. 209

mur, O inauditum amabilissimi Patris beneficium, seruum, nempe, inutilem, indignum, & miserabilem proprii filij carne pascere. Quis vnquam audiuit talia? O Patrem liberalissimum.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA  
NOSTRA.

Quid dicam de tot debitis, toties, tot modis, tanto amore dimissis? Quid dicam de Sacramento Poenitentiae, quo toties pretio sanguinis Christi expiasti animam meam, cum scires me fore ingratiſſimum? Quid dicam quod cum toties instar filij Prodigij domum tuam deseruerim, & in regionem mortis abierim, omnem substantiam meam tuam dilapidarim, tamen toties me in gratiam receperis, multa beuolentia tractaris, & omnia debita mea per te ipsum pretio sanguinis Christi filij tui exsolueris? Quid, inquam, reponam pro hoc beneficio cum probè noris, me post remissa semel debita, nouis debitis obnoxium fore? quamque durus & crudelis contra sim futurus proximo meo? O Pater clementissime.

ET NE NOS INDUCAS INTENTATIONEM.

Iam



Iam quid remunerabor, pro tantis auxilijs in tentationibus meis præstitis à peccatis me præservando, quæ incurrissem, nisi diuina manu tua retractus essem? Quod peccatum homo committeret, à me non committendum, nisi diuina tua gratia mihi astitisset? Quoties præceptis ruissem in infernum, nisi à te cohibitus fuisset? Quàm facile à minima quaq; tentatione expugnatus fuisset, si non præsto fuisset tuum subsidium? Quoties me leo rugiens deuorasset, si potentissima dextra tua me non defendisset? O Pater vigilantissime.

**SED LIBERA NOS A MALO.**

Quot malis tam poenæ, quàm culpe sum à te Pater coelestis liberatus? Quot in inferno iam ardent, qui multò minora peccata commiserunt, quàm ego? Quàm alij multi, quia non tantum tempus vitæ eis fuit concessum? Quot rursum, quia tantam gratiam non habuerunt? Tu me liberaisti à tot morbis, cecitatis, surditatis, lepræ, paralyfis, aliorumq; infinitorum malorum, ob quæ multi seipsi proprijs manibus trucidant, & ex desperatione ultro se in infernū præcipitant. Si carerem oculis, naso, ore, aut manibus, quid non impenderē ad illa habenda? Si



da? Si essem amens, aut apud homines omnes ob furta infamis, quo nō pretio illa redimerem? At quis, ab his, & alijs innumeris malis me liberauit, nisi tu Pater dulcissime? Quid tibi reddam pro hac beneficentia, o amator animæ meæ? Reddam tibi cor meum, amando te, & Patrem te meum recognoscendo. Cor meum semper erit in cœlo, semper sanctum nomen tuum celebrabit, semper eris hospes tuus, semper voluntati tuæ parebit, semper sacratis corpori tuo adhærebit, tolerabit oēs iniurias, nulli peccato cōsentiet, & semper tuum erit in sæcula sæculorum. Amen.

## II. MODVS RECITANDI DOMINICAM Orationem.

**Q**ui voluerit Dominicam Orationē recitare cum quodā sensu deuotionis, obseruet sequentia.

Primò caueat à nimia festinatione, qua quidam multas orationes recitare solent, cum quadam anxietate celeriter illas absoluendi, & scrupulo peccandi, nisi omnes dixerint: vnde fit, vt nullam rectè dicant, in nulla gustum deuotionis sentiant, sed potius difficultatem, tædium, anxietatem, distractionem, scrupu-



scrupulum turbationem, ac denique lingua etiā præcipitent, & planè nesciant, quid dicant. Quare potius pauca accipiat recitanda, quæ bene efferat: quam multa, quæ perperam. Nam cibus paucus bene digestus, cōciliat vitam, copiosus verò & varius malè digestus gignit morbos.

Secundo antequam inchoet Dominicam orationem, colligat se non nihil hoc est omnibus alijs curis depositis omnibusque impedimentis remotis, expendat quo cū sit locuturus, qui acturus, & in cuius præsentia se sistat.

Tertio ubi inchoarit, in quouis verbo hæreat expendendo eius vim & significationem, applicandoque illud nunc Deo patri, nunc filio, nunc Spiritui sancto: tum sibi, tum Proximo, nunc Angelis, nunc Sanctis.

Quarto conveniens est, ut dum recitat orationem Dominicam, (quæ sunt verba filij Dei) tum suas, tum Ecclesiæ necessitates æterno Patri repræsentet: sic enim facilius exaudietur, si verba Dei, in persona Ecclesiæ dicantur.

Quinto, Dominicam orationem expendes eo modo, quo sequitur, quasi commentarium in quodque verbum, ad inflammandum magis affectum faciundo, v. c.

P A T E R



COMMVNIONE.

213

PATER.

Excelsus in creatione.

Suavis in amore.

Diues in hæreditate.

NOSTER.

Christi per naturam.

Hominum mortalium per gratiam.

Beatorum per gloriam.

QUI ES,

Duratione æternus.

Substantia infinitus.

Bonitate optimus.

IN COELIS.

Speculum æternitatis.

Corona iucunditatis.

Thesaurus foelicitatis.

SANCTIFICET V.

Per fidem viuam.

Per spem solidam.

Per caritatem ardentem.

NOMEN.

Gloria tui Filij.

Maiestas tui sancti Spiritus.

Paternitas tua.

TVVVM.

Vt sit sacrarum in ore.

Melodia in aure.

Iubilus in corde.

Tuum etiam.

Vt tu solus sis glorificatus.

Tu



Fi. DE FREQUENT.

Tu solus desideratus.

Tu solus, ceu vltimus finis, amatus.

ADQ ENIAT.

Suprà à Patre luminium.

Intus ab anima.

Foris à gratia, & non à natura.

REGNUM.

{ Iustitiæ. }  
{ Gaudij. } in Spiritu sancto.  
{ Pacis. }

TVVM.

Non huius mundi fallacis,  
Non huius carnis mortalis.  
Non Diaboli impostoris.  
Iucundum sine afflictione.  
Tranquillum sine perturbatione.  
Securum sine perditione.

FIAT:

Per tuum mandatum.

Per tuum consilium.

Per tuum, & cum tuo auxilio.

VOLUNTAS TVA.

Bona in creatione.

Beneplacens in Redemptione.

Perfecta in iustificatione.

SICVT IN COELO.

Ad imitationem beatorum.

Ad similitudinem B. Virginis.

Ad



COMMVNIONE.

218

Ad modum Christi.

ET IN TERRA.

Vt, quicquid tu non vis, nolumus.

Vt, quicquid amas, amemus.

Vt, quicquid iubes, faciamus.

PANEM NOSTRVM.

Panem lachrymarum.

Panem verbi Dei.

Panem Sanctorum Sacramentorum.

QVOTIDIANVM.

Quia sine illo morimur.

Sine illo nihil scimus.

Sine illo delinquimus.

DA.

Quia tibi proprium est dare.

Quia beatius est dare, quàm accipere.

Quia tuum est recipere.

Da etiam.

Non angelus, sed Filius.

Non homo, sed creator.

Non datum, sed Dator.

Da Domine.

In creatione Verbum tuum.

In iustificatione Spiritum sanctum.

In glorificatione te ipsum.

NOBIS.

Indignis.

Ingratis.

Inutilibus.

} seruis tuis.

H



In hoc die misericordie.

In hoc die tenebrarum.

In hoc die miseriarum.

ET DIMITTE NOBIS.

Tu qui es misericordia.

Tu qui es fons gratie.

Tu qui in cruce debitorum nostrorum  
posuisti pretium.

DEBITA.

commissa.

Contra tuam maiestatem.

Contra proximi caritatem.

Contra nostram salutem.

NOSTRA.

commissa.

Nostro corde.

Nostro ore.

Nostris manibus.

SICUT ET NOS DIMITTIMUS

Si nos non dimittamus illis, tu non  
mittes nobis.Si nos eis ignoscamus, fitemus per imi-  
tationem tui filij.Si nos condonemus, verbis tuis parebo-  
mus.

DEBITORIBUS NOSTRIS.

Qui nos offendere,

Debi-



COMMUNIONE. 217

Leuiter. Cum tamen nos of-  
fenderimus eum, ob  
Ignoranter, } quem læsum digni su-  
mus mille infernis.  
Iustè.

ET NE NOS INDUCAS.

Tollendo tuam gratiam.  
Remouenda salutis media.  
Tuam dulcem præsentiam subtrahendo.  
Occasionem peccandi permittendo.

INTENTATIONEM.

Carnis.  
Mundi.  
Diaboli.

SED LIBERA.

Tu qui es liberator.  
Saluator.  
Et redemptor.

Nos

Mortis filios.  
Peccati seruos.  
Diaboli mancipia.

A MALO.

Præterito  
Præfenti  
Et futuro

Culpæ  
&  
Pœnæ.

AMEN Fiat.

M L

A c



A te.

Per te,

In me.

{

vt sine ultimo.

Hucusq; P. An̄arotius. Reliqui modi sunt  
alterius Patris è Societate I E S V, sed  
incerti.

## III. MODVS.

## ACCOMMODANS VII. PETI-

tiones Orationis Dominica ad totidem  
effusiones sanguinis Christi sa-  
ctas in cruce.

## PATER NOSTER.

**D**omine Iesu Christe, Pater noster,  
qui per sanctum sanguinē tuum  
in cruce effusum beneficio Sacramenti  
Baptismi verē nos in filios tuos regene-  
rasti.

## QUI ES IN COELIS.

Hel. 9.

C p 7.

Rom. 8.

Qui teste Apostolo, introisti in cœlū,  
vt appareas vultui Dei pro nobis cum  
vulnerum tuorum cicatricibus, & tan-  
quam fidus aduocatus interpelles pro  
nobis gemitibus inenarrabilibus.

SANCTIFICETVR NOMEN  
TVVM.

I. Effusio.

Quod in prima sanguinis effusione,  
quę in CIRCVMCISIONE facta est  
acce-



COMMUNIONE. 219

accepisti, ut nos quoque qui in Baptismo  
per Circumcisionem præfigurato nomine  
sanctum Christiani accepimus, cor no- *Col. 2.*  
strum ab omnibus peccatis & pravis in-  
clinationibus virtute tui sanguinis cir-  
cuncidamus.

ADVENIAT REGNUM  
TVVM.

Quod per sanctam passionem tuam, *II.*  
ac in primis per effusionem sanguinis  
in CORONATIONE factam tibi no-  
bisque promeruisti. Ideo enim fuisti co-  
ronatus spinis, ut nos in coelo corona-  
res gloria & honore.

FIAT VOLUNTAS TUA SICUT  
IN COELO ET IN TERRA.

Vtinam, Domine, tam perfecte nos in-  
felli in terra voluntatem tuam perfice- *III.*  
remus, quam angeli, omnesque Sancti in  
coelo, sicut per effusionem sudoris sangui-  
nis in horto factam nos exemplo tuo do-  
cuiisti; ibi enim non tuam, sed Dei volun-  
tatem te facere etiam in re acerbissima,  
velle ostendisti, dicens. *Veruntamen non Matth. 26.*  
*sicut ego volo, sed sicut tu vis.*

PANEM nostrum QUOTI-  
DIANVM DA nobis  
HODIE.

Si voluntas patris tui non fuit, ut  
patereris pro nobis, quem alium panem

L. 2. a. de-



- audebo à te petere Domine, nisi panem  
doloris & passionis, quē tu manducasti,  
nisi calicem tribulationis, quem tu ebibi-  
bisti: lego enim & virum secundum co-  
 Psal. 41. tuum Dauidem dixisse: *Lachrima mea*  
*panes die ac nocte.* Hunc panem mihi sine  
 dubio per copiosam sanguinis profu-  
 I III onem in flagellatione factam demonstrare  
 voluisti, & quotidianum quoque mihi  
 esse voluisti, cum dixisti. *Si quis vult ve-*  
*nire post me, tollat crucem suam quotidie*  
 Luc. 9. Quod si panis aliquando mihi æquo-  
 deatur durior, adiunge quotidie panem  
 angelorum corporis & sanguinis tu-  
 quem in commemorationem passionis  
 tue nos usque ad consummationem se-  
 culi sumere voluisti, ut illo confortati  
 3. Reg. 19 per multas tribulationes ascendamus, ad  
 verum montē Horeb, vitam æternam.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA.

SICUT ET NOS DIMITTIMUS  
DEBITORIBUS NOSTRIS.

Non dubito, Iesu Christe truculēti-  
 illos tortores tuos, ut cruciatus tuos au-  
 gerent, iterum atque iterum capiti tuo be-  
 nedicto coronam detraxisse, & rursum  
 imposuisse; vestes quoque sanguine im-  
 butas saepius induisse, exuisseque. Rogo  
 ergo



COMMVNIONE. 212

ergo per frequentem illam tuā vulnerū  
renouationem, quæ non sine vberissima  
effusione sanguinis peracta est, vt mihi  
clemēter remittere digneris omnia pec-  
cata, quæ toties renouaui, quibusq̃, qua-  
si noua vulnera tibi inflexi: sicut iā nunc  
ex toto corde remitto omnia iniuriarū  
& offensarum vulnera mihi ab alijs vn-  
quam inflicta.

ET NE NOS INDUCAS IN  
TANTATIONEM.

Tu enim, teste Apostolo Iacobo, in-  
tentator malorum es, neminem tentas, *Cap. 1.*  
neminem impellis vt tērationi Dæmo-  
nis, carnis, vel mundi, consentiat. mō  
te tentari permisisti vsque ad mortem  
crucis, vt omnes à nobis tērationes abi-  
geres; In cruce ideo manus extendis, vt  
nos ad te in tēratione cōfugientes reci-  
pias; ideo clauis cōfixas habes, vt nos  
doceas ad tentationem superandam car-  
nem nostram crucifigere cum vitijs & *Gal. 5.*  
concupiscentijs, ideo tres *novos fontes* *VL*  
*sanguinis* aperis, vt nihil nobis prælidio-  
rum desit ad omnes noxas expiādas &  
tentationes profligandas.

SED LIBERA NOS A MALO.

Morte enim tua medicinā & antido-

M s



VII.

*Cant. 2.**In man. cap.  
23.*

tum nobis confecisti, quod ad omnia  
mala nostra efficaciter sananda valet,  
sed non profuisset nobis nisi per ultimam  
effusionem sanguinis in lateris percus-  
sione factam, quasi confesso sacco, pro-  
futum fuisset, quid enim aliud sanguis  
& aqua ex latere Christi manantia no-  
bis denotarunt quam sanctissima Sa-  
cramenta Baptismi, Eucharistiæ, Pœni-  
tentia, & cætera, quibus pretium sangui-  
nis Christi nobis efficaciter applicatur.  
Rogo ergo te Domine Iesu Christe, ut  
mihi per hanc effusionem, duplicem  
largiri gratiam digneris. Alteram, ut  
tantum Sacramentorum antidotum  
agnoscam, & sæpè deinceps usurpem.  
Alteram, ut me in foramen petrae, in ca-  
uernam maceris, in latus, inquam, tuum,  
ubi ab omni malo immunis esse pote-  
ro, recipere velis. Longius enim, ut  
cum Augustino loquar, illud ideo latus  
aperuit mihi, ut ego illud intra-  
rẽ, & in eo securus quiesce-  
cerem.

AMEN. Fiat.

IIII. MO.



III. MODVS, ORANDI O-  
rationem Dominicam, accommodatè ad  
septem verba à Christo in cru-  
ce prolata.

PATER NOSTER QUI ES IN  
COELIS.

Domine Iesu Christe qui per li-  
gnum sanctæ crucis tuæ viā no-  
bis & pontem strauisti in cœlum, ver-  
bisque septem nos vitæ cœlestis hære-  
des in testamento tuo scripsisti, si tamē  
tecum compatiāmur, vt & conglorifi- *Rom 8.*  
cemur.

SANCTIFICETVR NOME  
TVVM.

Quia & tu Patris cœlestis nomen in  
cruce existens imprimis sanctificasti,  
quando in summi cruciatibus extre-  
mum ad eum refugium habuisti, san-  
ctoque eius nomine inuocato in hæc  
verba exclamasti, *Deus meus, Deus meus,*  
*vt quid dereliquisti me?* *Verbum 1.*  
*Matth. 27.*

ADVENIAT REGNV M TVVM.

Accende quæso cor meum vero cœ-  
lestis regni desiderio, vt terrena hæc o-  
mnia seriò cōtemnā, & cum Apostolo,  
dissolui cupiā & esse cū Christo, & tan-

L. 4

dena



Phil. 1.

II.

Luc. 23.

dem aliquando post multas tribulationes patienter perpeffas, toleratosque labores cum bono latrone tecum crucifixo audire merear. *Hodie mecum eris in paradiso,*

FIAT VOLUNTAS TUA SICUT  
IN COELO ET IN TERRA.

Cum adhuc esses in horto, pie letus paratus fuisti ad obsequendum voluntati Patris tui, usque ad mortem, mortem autem crucis; nunc autem existens in arbore crucis, iam iam animam effaturus, eam seipsa perfecisti, cum dixisti. *Consummatum est.* Da mihi obsecro gratiam, ut in voluntate Dei exequenda hoc est, in mandatorum divini potestatis perfectione, & in bonorum operum exercitatione, & tribulationum pro Christo perpeffione usque ad finem, constanter perseverare possim.

PANEM NOSTRUM QUOTIDIANUM  
DA NOS. HODIE.

Quem panem Domine, à te petam, nisi quem tu à Patre petisti: quem potum, nisi quem tu petisti in cruce, cum dixisti. *Sitio,* nec enim timebat sitis potus corporalis, quæ abnegasti, sed spiritualis, de qua alibi dixisti. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā.* Sitiebam nemp

III.

Ioan. 19.

III.

Matth. 5.



## COMMVNIONE.

225

nempe salutem omnium, pro quibus in cruce tam acerba tormenta patiebaris, sitiebas conuersionem fratrum tuorum Iudæorum, adeoque ipsorum crucifixorum, sitiebas salutem omnium gentiliū, imō omnium hominum quotquot fuissent, essent, & futuri essent; & ideo omnē sanguinem tuū liberaliter effudisti. Da mihi quæso paucillum de hac siti, vt magno zelo & desiderio salutis animarum pro talento mihi concedito vacare possim.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA  
NOSTRA, SICVT ET NOS DI-  
MITTIMVS DEBITORI-

BUS NOSTRIS.

Non dubito Domine, quin si clementer dimissurus, quia in cruce ea dimisisti latroni, ipsiq; crucifixoribus dicens, *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Si maior est misericordia tua, quā omnes nostræ miseriæ, utiq; misericordia tua maior erit omnibus misericordiis nostris. Si ergo misericordiam præstamus & ignoscimus proximis nostris, qui in nos deliquerunt, quāto magis misericordiarū Pater & fons ignoscere potes & voles nobis, si in te per transgressionem mandatorum tuorum forte delinquamus.

V.  
Luc. 21.

M S

R



226 DE FREQUENT.  
ET NE NOS IN DYCAS INTEN-  
TATIONEM.

Et si enim peccata nobis dimissa sunt,  
tamen quàm diu in hac vita sumus, pe-  
riculum est ne in ea, tentante vel impel-  
lente nos dæmone, carne, mundo, relin-  
bamur, ideo necesse habemus ad te quo-  
que, qui cruce & passione tua omnes  
tentationes vicisti, confugere: sicut in  
maxima illâ tentatione, qua te capio-  
mnes Apostoli fuga dilapsi sunt, ad tuam  
crucemq; tuâ per fugium suum habu-  
it. S. Ioannes cum B. Maria Virgine. Vnde  
& de cruce matrem Ioanni, & Ioannem  
matri commendasti, dicens. *Mulier, ecce  
filius tuus. Et. Ecce mater tua.* Vbi fuit  
persona Ioannis, nos, quasi omnes ma-  
tri tuæ commendati sumus, ad quam  
in omnibus tentationibus nostris po-  
te refugere solemus, & dicere. *Mater  
mater gratia, mater misericordia, tu nos  
hoste protege, & in hora mortis suscipe.*

SED LIBERA NOS A MALO.

Vtique liberi erimus, cum erimus in  
protectione tua, & sub vmbra alarum  
crucis tuæ. *Non timebo mala,* aiebat Re-  
Dauid, *quoniam tu mecum es. In Deo spera-  
raui, non timebo quid faciat homo.* Et ideo  
tu ipse in cruce, vt omnibus tandem con-  
muni

VI.  
Ioan. 19.

Psal. 52.  
& 55.



COMMUNIONE. 327

mentis & malis finem imponeres per mortem tuam, animam tuam in tutela solius Patris tui esse voluisti, dicens. *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Da quaeso domine gratiam illam singularem, ut in hora mortis nostrae sic commendemus animam nostram tibi & Patri coelesti, ut ab omni malo culpae, & poenae liberi hinc discedamus, & tecum aeterna quiete fruamur in saecula saeculorum, Amen.

VII.  
Luc. 23

V. MODVS.

ACCOMMODANS SEPTEM  
*petitiones orationis Dominicae ad  
septem ordines San-  
ctorum.*

PATER NOSTER.

**O**MNIPOTENS sempiternae  
Deus, conditor coeli, & terrae, &  
Pater omnium nostrum qui tam in coe-  
lo, quam in terra versamur.

QVIES IN COELIS.

Licet enim per essentiam, potentiam,  
& praesentiam ubique sis nullo loco ex-  
clusus, tamen singulariter versaris in  
supremis coelis, ubi gloriam & maiesta-  
tem tuam omnibus sanctis Angelis &  
hominibus declaras.

L. 6 SAN-



SANCTIFICETVR NOMEN  
TVVM.I.  
*Angeli.*

Rogo te supplex per Beatiss. Virginis Marię spirituumque celestium merita, vt quemadmodum illi nomen tuum sanctificant, laudant, celebrant, & in perpetuū celebrabunt: Ita ego cū omnibus creaturis adhuc in hac valle lacrynarū existentibus, illud vsque ad finem vite sanctificare, laudare, & celebrare possim.

## ADVENIAT REGNUM TVVM.

II.  
*Prophetę.*

Rogo quoque per preces, lacrymas, suspiria, vota & desideria sanctorum Patriarcharum & Prophetarum, vt quemadmodum illi varijs locis & temporibus impensissimē aduentū Regni Christi expectarunt in terram, ita nos quoque ad verum regnum Christi spirituale huius vitę, quod consistit in iustitia & sanctitate, tum alterius, quod consistit in summa felicitate animi & corporis, ardentius aspiremus.

FIAT VOLUNTAS TUA SICVT  
IN COELO ET IN  
TERRA.III.  
*Apostoli.*

Primi omnium Domine, qui voluntatem tuam perfectē expleverunt in terra, fuere Apostoli & Euangelistę. In illorum enim intendebat digitos Christus cum  
dico.



COMMUNIONE. 229

diceret. *Quicūq; fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror & mater est.* Illi verè verbo & scriptis voluntatem tuam toti mūdo promulgarunt, eamque vitæ exemplo & factis, in obseruatione, tum mandatorum, tū etiam consiliorum diuinorum expresserunt. Itogo ergo Domine, vt nos quoque strenuè voluntatem tuam & vitæ exemplo faciamus, & alios etiam libenter doceamus, & ita cū Apostolis Christum filium tuum imitemur, de quo *Act. 1.* scriptum, *quod coepit facere & docere.*

PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS  
HODIE.

Quia enim ad præstandam diuinam voluntatem tuā Domine, auxilio quoque tuo opus habemus, tu enim vt in nobis velle, ita etiam perficere operaris *Phil. 1.* pro bona tua voluntate: auxilio inquā, panis non tam corporalis, quo corroboremur in perferendis laboribus & tribulationibus vitæ Christianæ, sicut fecerunt olim S. Martyres, qui vt fortiores essent in tolerandis grauissimis quibusque tormentis & supplicijs quotidie *4. Martyres.* se pane sacri corporis tui & sanguinis corroborarunt: rogamus per omnium S. Martyrum merita, vt nobis quotidie

M 7 hanc



hunc panem in sacro Missæ officio;  
non iam sacramentaliter saltem spiri-  
tualiter communicare velis.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA  
NOSTRA, SICUT ET NOS  
DIMITTIMUS DEBITO-  
RIBUS NOSTRIS.

3. CO N-  
FESSO-  
RES.

Quoniam verò non solum hoc co-  
lesti pane, sed etiam omni gratia tua &  
auxilio, clementissime Pater, indigni-  
sumus, hoc quoque ad cumulum tuorum  
donorum adiunge, ut per merita sum-  
morum PONTIFICVM, EPI-  
SCOPORVM, CONFESSO-  
RVM QVE omnium Sanctorum; qui  
hoc officium tuo munere sustinuerunt,  
ut peccata hominum dimittere possent,  
mihi omnia peccata mea, tam mortalia  
quàm venialia dimittantur. Et sicut illi  
omnes labores & vigilias suas eo retu-  
lerunt, ut homines è faucibus diaboli, &  
infernì, concionibus & scriptis libris  
extraherent, ita ego quoq; omnia mea  
studia & conatus eo dirigam, ut primò  
animam meam, tum etiam aliorum pro  
talento mihi concesso ex sordibus sec-  
lerum extrahere possim.

E.T



## COMMVNIONE.

238

ET NE NOS INDUCAS IN  
TENTATIONEM.

Domine etiam si immunes simus à peccatis, tamen à tentatione noluisti nos esse immunes. Dixit enim Angelus ad Tobiam. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.* Vnde nullo maiores Satanæ, carnisque tentationes sustinuerunt, & fortiter vicerunt, quàm qui sanctitate alijs præstiterunt; ut fuere sancti eremitæ, Antonius, Hilarion, Macharius, & alij Monachi. *Vixisti, inquit quidam, inter aspidēs, seuisque cum draconibus, portēta nec teterrima vos terrere demonum.* Rogo ergo te Domine, ut mihi per omnium anachoretarum sanctorum, aliorumque monachorum innumerabilium merita, gratiā impertiri velis, ut inter quotidianas tentationes arma spiritualia suppetant ad conculeandum Satanam, carnem, & mundum sub pedibus, ne vnquam ad assensum eorum prauis suggestionibus præstandum inducar.

Tob. 12.

6. Monachi.

SED LIBERA NOS A MALO.

Ab omni malo pœnæ & culpæ, Domine liberare me digneris, & si places ab omnium malorū fonte, praua concupiscentia, ut in summa puritate & integritate mentis ac corporis, si-

ut



7. *Virgines.* cur vixerunt infinitæ *Virgines & Viduæ*  
quarum sanctissimam memoriam  
quotannis recolit Ecclesia, vitam deinceps  
instituerè possim. Illæ enim ab  
omni peccato, omniq; impudiciæ le-  
be & malo tam immunes fuere, ut po-  
tius vitam amittere, quàm castitatem  
potius atrocissima supplicia subire, quàm  
voluptati carnis locum dare voluerint.  
Vnde & in cœlo præter communem  
omnium felicitatem singularem  
Virginitatis aureolam  
meruerunt.

A M E N.





# DE ADMIRABILI EVCHARISTIAE

## Sacramento Carmen.

**N** Vminis aeterni cū dextera conderet orbem,  
Fundente omnigenas vi bonitatis opes.  
Vita quibus fuerat nascentibus insita rebus,  
Addita contiguīs sunt alimenta locis.  
Herba, frutex, arbor succum radicibus actis,  
De pingui eliciunt, ut vegetentur, humo.  
Omnia de pastis viuunt animalia plantis,  
Aut alijs, propria conditione, cibus.  
Præcipue Rex orbis homo cui prebet alendo,  
Tam varias tellus, fluctus, & aura dapes.  
At geminam debebat homo si viuere vitam:  
(Mens quia se bruto viuere more negat)  
Corporalia sua quando data est alimonia vitas  
Nulla ne tunc animis esca parata fuit.  
Primigenis nec enim foelis mortalibus hortus,  
Gignebat, vinax spirans unde foret.  
Spiritusq; nihil vitalis proderat arbor,  
Solū anima tutrix hæc vegetantis erat.  
Diuinis purisq; animis diuina dabatur,  
Qualis & angelicis mentibus esca datur.  
Sed similis postquam iumentis reddidit illos,  
Culpa nocens, victu mens spoliata suo est.  
Mortua & esset adhuc, miserans nisi Christus a-  
Denuo, morte sua, restituisset opus. (matum.  
Perdita quæ fuerat, diuina reuixit imago,  
Interior quæ noua luce renatus homo est.  
Ut quæ hic cœlestem cœlesti fomite vitam,  
Nutriat, atatem proficiat quæ suam:  
Ille suum nobis sacro cum sanguine corpus.

• O mē-



(O nimio exandans munus amore) dedit.  
 Angelus ambrosia se pastu, & nectaris haustu  
 Repleat, oblectet, latificetq; licet.  
 Inuidisse potest nobis hac fercula: Si quid  
 Inuidia Angelicis mentibus esse potest.  
 Sit tamen (ut par est) Superiorum lautior esus:  
 Mortale at certe congruit iste magis.  
 Dum fidei speculo eternarum anigmata rerum  
 Cernimus atque animum fictile corpus habet.  
 Sensibus substant diuina Christmata formæ,  
 Et species sensu, res homo mente capit.  
 Ardua presertim mysteria sacra Synaxis  
 Prodit ubi Christum signa aliena tenent.  
 Diuinis credunt humana problemata verbis.  
 Nulla Deo poterat gratior esse fides.  
 Magna profecto fides, & premia magna meretur  
 Quæ modo tecta latent, deinde resecta patent.  
 Nam cibus est idem, quo vescitur angelus, & quo  
 Christigena: hic cibus est Christus homo atq;  
 Deus:  
 O miserum, qui delitias non gustat opimas,  
 Quàm sapit ille, caro cui tua, Christe, sapit.  
 Se Christo esuriens saturat, satur esurit usq;  
 Iam superis similis finitimusq; choris,  
 Accipere ac quisquis Christum non curat opertum:  
 Accipiet nunquam Christus apertus eum.  
 Mortales igitur vitam cognoscite vestram,  
 Et meritum capiat grande charisma decus.  
 Namque in deserto æria fastidia manna,  
 Terribilem Hebraeis se peperere necem.  
 Cælestis, seu diuini contemptio panis

Quid



Quid nisi Tartareum sit paritura rogi?  
Ab quid opum spinas quid honorum mandere  
glandes  
Quidne voluptatum stercora, quaeso, iuvat?  
Nil caro mortalis, nisi mortem gignit amanti.  
At vitam Christi vina datura caro est.  
Non opus est precio, prostant conuiuia gratis:  
Sordibus hac temere dummodo nemo edat.  
Credat, speret, amet, seq̃ his virtutibus ornet.  
Sicq̃ ad regales audeat ire dapes.  
Hic quoque quo poteris conuiuia frequentior esse  
Regali à mensa commoda lura feres.  
Atque frequens ut sis, suadent ratioq̃, fidesq̃  
Et pietas, et spes, conditioq̃ cibi.  
Si quoties rigido languens tua corpora morbo,  
Accersis medica qui leuet arte malum;  
Cur quoties aliquo fadasti crimine mentem,  
Non sumis pura pharmaca sacra manu?  
Accede ergo frequens, tantam neque despice  
mensam;  
Vnde tibi tantum commeditatis erit.  
Dumq̃ sacram propius fas est attingere mensam,  
Percita corda trahant hinc amor, inde timor.  
Nam timor, indignū quod homo se nouerit, arcet:  
Se dare dignantem sumere suadet amor.  
Sic bene susceptus, bene si tractabitur, hospes,  
Hospitium foelix, atque perenne dabit.

¶ LAVS DEO.

INDEX.





## INDEX CAPITULORUM OMNIUM.

Considerationes de S. Eucharistia. p. 10  
Pia admonitiones ad S. Eucharistiam. pag. 10

Meditationes in Symboli Apostolici. p. 11

Meditatio in orationem Dominicam. p. 11

Meditatio de salutatione Angelica. pag. 11

Qua suauitate Deus agat cum communiantibus. pag. 11

Quid vicissim illi Deo respondeat. pag. 11

Exhortatio ad continuandam communionem. pag. 11

Considerationes de fructu frequentationis. pagina. 41

Remedia aduersus vanos terrores. pag. 49

Amoris veri signa esse in S. Eucharistia. p. 58

Quàm magnum sit donum S. Eucharistia. 61

De Peccatis venialibus. 64

De intentione communicantium. 66

De Fame huius Sacramenti. 68

De Fructibus eius. ibidem



# INDEX.

In Communionē quid cogitandum.	70
Oratio post Communionem.	71
Suauitas Sacramenti non ab omnibus percipitur.	73
Modi varij preparandi se ad illud.	75
Preparatio ex L. Granatensi.	91
Remedia contra tentationes frequentantium S. Communionem.	93
Decem tentationes Dæmonis.	99
Decem documenta contra easdem.	105
Modus confitendi crebrò communicantium.	108
Remedia pro scrupulosis.	116
Remedium pro ijs, qui putant se carere contritione.	118
Remedium contra desperationes.	119
Remedium pro relapsu in defectus.	119
Remedium pro dubitante de remissione peccatorum.	120
Remedium pro eo qui nimium dolet de peccatis præteritis.	122
Remedium pro eo qui putat defectus suos in corrigibiles.	122
Remedia pro scrupulosis ex S. Antonino & alijs.	129
Regule ad tollendos scrupulos sedecim.	130
Remedia contra immundas cogitationes.	140
Remedia pro ijs, qui dubitant, an consenserint prauæ cogitationi.	142
Re	6



# INDEX.

Remedia contra omnia peccata.	144
Remedia generalia contra peccata.	149
Remedia ad exstirpandos defectus particu- lares.	149
Remedia ad consolandum amicos ex mor- suorum tristes.	151
Remedium pro iis qui nimium timent mor- tem.	154
Remediū pro iis qui mortis pœnā timēt.	159
Remedium pro quavis afflictione.	162
Remedium tempore aegritudinis.	164
Remedia pro solandis iis, qui p̄e viuūt.	165
Remedia pro iis qui contumeliosius afficiuntur.	166
Omnia mala pœna originem habere à Dio.	
Remedia pro iis, qui impendente tribulatione se turbantur.	171
Remedia pro iis, qui ob respectus humanos negligunt benefacere.	172
Remedia contra desperationem.	175
Peccata venialia cū fugienda.	174
Possitne licitè fieri peccatum veniale pro mundi salute?	181
Peccata venialia nocere communicanti.	189
Spirituales homines non proficere, eò quod parui faciant venialia.	189
Quod parui fiant, oriri ex paruo timore Dei.	
190	
Peccato veniali contristari Spiritum S.	190
Sententia L. Granat. de peccato veniali.	191
S. Gm.	



# INDEX

<i>S. Gertrudis dictum de peccato veniali.</i>	192
<i>Possitne quis expers esse venialis?</i>	194
<i>An remisso peccato veniali, remittatur &amp; poena?</i>	194
<i>Quibus rebus expientur.</i>	ibi lem.
<i>Remedia ad ea cauenda.</i>	195
<i>Remedia, ad effugiendas poenas Purgatorij.</i>	196
<i>De ratione confitendi.</i>	197
<i>Quibus gradibus ad salutem ascendatur.</i>	198
<i>Qua auocent à confessione.</i>	200
<i>Fructus Confessionis.</i>	202
<i>Admonitiones pro Confessione recte instituenda.</i>	203
<i>Casus quibus Confessio nulla est.</i>	205
<i>Modi varij orationem Dominicam cum deuotione recitandi.</i>	206
<i>II. Modus recitandi orationem Dominicam.</i>	210
<i>III. Modus accommodatus septem effusionibus sanguinis Christi.</i>	213
<i>IV. Modus accommodatus septem verbis à Christo in cruce prolatis.</i>	213
<i>V. Modus accommodatus septem Sanctorum ordinibus.</i>	217

FINIS



# ERRATA, C CORRIGE.

**P** Ag. 21. lin. 26. ! neque p. 26. lin. 4. custodit  
 pag. 35. l. 15. veni olim. p. 39. lin. 19. ipse  
 lin. 23. alijs. pag. 43. lin. 20. velit. lin. 23. qua  
 pedit amorem. pag. 44. l. 5. impediamur. pag. 46.  
 penult. exturbat. p. 48. lin. 8. scrupulus. p. 55.  
 27. coniungant. pag. 59. lin. 20. excogitari iis pa  
 66. lin. 15. aduersus. p. 67. lin. 1. atq. hic sit finis.  
 71. lin. 1. offerendo. p. 73. lin. 11. igne. p. 76. lin. 2.  
 filius pag. 80. lin. 25. admirabili. lin. 15. hoc p. 81.  
 27. dele maminum. p. 83. lin. 22. tradi. p. 88. lin.  
 innumerabilia. pag. 105. lin. 19. dele Potest. p. 106.  
 lin. 24. dele. cum quia confiteri. p. 106. lin. 9. p.  
 spectam. p. 120. lin. 25. Errare pag. 127. lin. 26.  
 similia. p. 132. lin. 20. nititur. p. 152. lin. 26. resp.  
 raui. p. 155. lin. 26. euelleret. pag. 159. lin. 14. ag.  
 bilitate. pag. 161. lin. 14. peri. pag. 179. lin. 10.  
 stris. ibidem l. 10. dele de. pag. 181. l. 15. thronum  
 ibid. lin. 20. quam.



R. P. FVLVII

# ANDROTII SOCIETATIS

Iesu,

SPECVLVM  
VIDVITATIS

*sive*

DE LAUDABILI VIDVARVM  
statu, Libellus omni generi personarum  
spiritualiter viuere desideranti,  
vtilissimus.

RECENS EX ITALICO IDIO-  
mate à pio ac docto viro in latinum  
conuersus.



COLONIAE AGRIPP.  
Sumptibus Petri Henningi,  
ANNO M. DC. XII.



AVCTOR AD  
Lectorem.



Quamvis hic liber sit scriptus  
pro instructione viduarum  
continet tamen multa valde  
utilia documenta pro omni per-  
sonarum genere, cupiente spi-  
ritualiter vivere, quia docet  
thesaurum pretiosum castitatis custodire, re-  
franare ac moderari proprias passiones, ex-  
ercere se in virtutibus, & tandem totum se  
tradere servitio Domini, ac creatoris nostri.  
Hinc non inutiliter cuiuscunque status ac  
conditionis sit, hoc opusculo uti poterit. Quia  
etiam Christiane ac devote lector lege eum  
studiosè, quia inde non tantum consolatio-  
nem, sed etiam copiosum ac vberissimum  
fructum pro anima tua  
capias.

PRAE



## PRAEFATIO.



O quod castitatem ama- *Judith. 13.*  
ueris, & post virum tuum,  
alterū nascieris, idēdē & ma-  
n<sup>9</sup> Domini, confortauit te,  
& idēdē eris benedicta in a-  
ternum. Hæc verba dicta  
fuerunt ad sanctam illam, insignem ac  
celebrem viduam Iudith, quæ propter  
suam vidualem castitatem, meritò in-  
tantum digna fuit à Domino confor-  
tari vt vinceret, & interficeret poten-  
tissimū illum ac crudelissimū principē  
Holofernē, qui innurabili stipas  
exercitu, coram mun<sup>9</sup> inuincibilis  
videbatur; atque ita liberauit à morte  
grauissimisq; tribulationibus & angus-  
tijs populū Israëlitiū, eumq; capitali  
hoc suo è viuis sublato hoste, in pacatū  
ac tranquillū reduxit statū. Quapro-  
pter in celum vsque laudibus à summo  
Pontifice euecta est his verbis: Tu gle- *Judith. 13.*  
ria Ierusalem, Tu latitia Israël, Tu hono-  
rificentia & maiestas populi nostri, quia fe-  
cisti viriliter, & confortatum est cor tuum  
à manu Domini; Ultra hoc, etiam per  
suam vidualem continentiam prome-  
meruit



ruit apud Deum æternam benedictionem; hoc est multiplicem gratiam in hoc mundo, & in cælo plenam quandam beatitudinem. Sic etiam omnes viduæ insistentes diligenter illius vestigijs, dignæ sunt, & meritò à Domino benedicuntur & confortantur, per gratiam, virtutem, & dona Spiritus Sancti; adeò ut in æternum sint benedictæ laudatæ, celebratæ, & beatæ; dummodò perseverauerint, usque ad finem fideliter ac deuotè in sua viduali castitate. Postremò etiam, meritò prævalerunt & occident, Dei auxilio confortatæ, Diabolum significatum per Holofernem. Verùm enim verò quò magis constanter ac deuotè perseverent in suo statu, ac viduali continentia, adiuti Spiritus Sancti gratia, dicemus aliquid ad hoc propositum.

QUOT SINT SPECIES  
*castitatis.*

ET primùm dico tres esse species castitatis. Matrimoniale, viduale, & virginali, significatas per terram bonam, in quam cecidit semen, prout legitur in Euang. quarum prima reddit fructum trigessimum; secunda sexa-

Matth. 13.



sexagesimum; & tertia centesimum. si quis igitur non possit reddere fructum hunc centesimum, ad minus conetur reddere sexagesimum, ut ostendat se liberalem erga benedictum Dominum Deum liberalissimum.

*Causa aliquot propter quas in nouo Testamento laudatur castitas vidualis.*

PRIMA, cum tota hominis perfectio, in recessu à carnalibus, accessuque seu appropinquatione ad Deum creatorem nostrum consistat, quod fit, querendo, contemplando, honorando, timendo, ac diligendo ipsum super omnia, quod totum Euangelium tendit ac respicit; merito laudatur castitas vidualis, quæ facile viduas ad hanc perfectionem adducit, faciens ipsas aptas ad contemplandum res diuinas, amandum Deum, conseruandum cor mundum, ac mentem in Deo quietam retinendam, nec minus hoc nomine viduæ maritalis foeliciores sunt habendæ, quæ propter carnales delectationes & varias occupationes in matrimonio occurrentes, ad hanc perfectionem diuini amoris difficulter peruenire possunt.

2 3

2. Quid



6. SPECULUM

2. Quia vidua magis est libera à carnalibus molestiis, nihil enim est quod ad eam hominem separaret seu disiungat à spiritu, & magis excusetur, in rebus divinis, quàm vincitur in concupiscentia.

3. Quia mens humana eo maiori cum integritate, fervore, atque sinceritate Deum amat, quò minus eius affectus diffunditur occupatur, spargitur, & detinetur circa res sensuales, carnales atque caducas. ☉

4. Quia maritata gignit filios, quos educare dum parvuli sunt, quàm sit laboris, curæ ac sollicitudinis, & quam hoc magnū impedimentū sit, ad consequendam spiritualis vitæ perfectionem, docet quotidianæ experientia. Sed vidua ab huiusmodi molestiis est libera quare multò melius potest servire Deo.

5. Vidua est magis libera non tantum à vitio carnis, sed etiam ab occasione varitiæ, ac superbiæ, quæ peccata sunt radices omnis mali. Necessè enim est, ut coniugata se comptè ornateque vestiat pro viri ac status sui conditione, ex quo læpè inter mulieres causatur vana gloria, superbia & invidia, quæ postea etiam multorum aliorum peccatorum sunt causæ, quia quod aliquando in sum pauperum gratia erogandum, hoc in



# VIDUITATIS.

7

usum proprium cōuertit. Sed vidua incedet habitu suo nigro quē nō deponet; quare non est illi tantoperē necessariū colligere nūmos pro vestitu, neque illi est dedecus, sed potius honos, vili & abiecto habitu incedere; & propterea non habet inter alias superbiendi causam. neque præbet alteri occasionem peccandi.

6. Maritata non potest aliquando minus facere, quin se conferat ad conuiuia, nuptias, & alias solemniiores, cum parentum vel consanguineorum, tum etiā amicorū conuentiones, in quibus non rarō committuntur peccata, præsertim hoc tempore. Ab hac distractione & peccandi occasione vidua plene est libera, quia se potest semper honestè excusare, quod hoc nō sit conueniens suo statui.

7. Quia viduarū status in se ipso consideratus, est frænum quoddam ad peccata sanctè viuendum. Nam quando in illo iam versatur statu, non ampliùs illi hoc licitum est, quod forsitan licitū fuisset, quando erat maritata; Sicuti est conuersari cū hominibus, vagari per plateas, & fallere tempus nugis & fabulis inutilibus, in quibus maritata

a 4

magis



SPECVLVM

magis est libera, & libertas huiusmodi est causa multorum peccatorum, & ob id, vidua propter frænum sui status, non tot committit peccata, quot maritata committere solent.

8. Vidua cogitat ea quæ Dei sunt, ut sit Sancta corpore & Spiritu; maritata autem cogitat quomodo possit placere marito.

9. Castitas vidualis laudatur non quod nubere malum sit, sed quia hæc castitas maior est & magis salutifera, & maioris etiam meriti ac præmij apud Deum, dummodo viduæ ita se gerant ut debent.

10. Quia vidua minus se occupat & minus est sollicita circa res mundanas & carnales quam maritata.

Postremo Etiam si secundæ nuptiæ sint licitæ, nihilominus tamen non sunt adeo honestæ uti primæ, propter diuersas causas, nã non ita plene seu integrè repræsentant illam conjunctionem Christi & Ecclesiæ, tanquam vnici sponsi, vnicæ suæ sponsæ. Et cum Deus velit cor hominis totum sequitur quod vidua melius illi potest seruire, quam maritata, quæ aliquando eò minus potest vacare deuotioni, si forsan subinde habeat maritum morosum.



## VIDUITATIS

sum, & quod peius, si ille sit peruersus, sine deuotione, libidinosus, aut gulæ deditus, vel alias iniquus & impius homo, qui non permittat uxorem seruire Deo, sed illam semper impediatur, nunc murmurando contra illam, nunc rixando, aliquando etiam prouocando illam ad varia peccata, etiam ad libidinem, cum potissimum per hoc Diabolus intendat & operetur ut illa nihil boni faciat. Et plerumque viduæ quæ ad secundas nuptias transeunt, tales accipiunt maritos, Deo sic permittente qui noluerunt suæ solutionis seu liberationis gratiam agnoscere.

### *De veris viduis.*

Plures sunt viduarum differentię, aliquæ defuncto marito cogitant nubere alteri, & hæc quamuis viduæ sint, quæ corporaliter solatium mariti non habent, non tamen sunt viduæ, quoad mentem. Quia habent maritum in desiderio, quod desiderium potest esse bonum, & etiam malum; bonum, quando non potest viuere in viduitate, non habens inspirationem seruire Deo in tali statu, vel si esset in periculo cadendi in peccatum. Vnde dicit S. Paul: ad

a §

Tim-



Thimoth.: Volo ergo, iuniores nubere, fa-  
 lios procreare, matres familias esse, nullam  
 occasionem dare aduersario, maledicti gra-  
 tia &c. Bonum etiam est, quando ipsa  
 cognoscit quod non possit viuere casta,  
 quia castitas est donum Dei, & non ita  
 facile datur omnibus, & in hoc casu  
 non esset malum iterum matrimonio  
 se iungere. Nam etiam si hoc procede-  
 ret ex mala radice nihilominus ta-  
 men finis esset bonus. Est etiam bo-  
 num, quando ipsa non haberet commo-  
 ditatem rerum temporalium seu ne-  
 cessaria vitae. &c. Verum si aliqua vellet  
 ad secundas transire nuptias, propter  
 solam libidinem, vel auaritiam, vel eum  
 vellet qui multum haberet & magnas o-  
 pes, aut propter superbiam, aut si quis  
 magnae conditionis homo illam cu-  
 piam in vxorem, vel propter amorem il-  
 licitum, vel propter aliquam aliam pra-  
 uam occasionem, vel peruersum finem,  
 tunc absque dubio, illud suum de sidi-  
 rium, esset peccatum. Tales igitur, quae  
 denuo se volunt iungere matrimonio,  
 non sunt verè viduae, nisi corporaliter.  
 Aliae autem sunt quae non cupiant  
 transire ad secundas nuptias, &  
 haec in multiplica sunt differentia,  
 quia



quā earum viduarum multæ sunt:  
 Nam accidit vt non velint maritum,  
 aut quia non habent dotem, aut dubi-  
 tant, & timent ne malè se matrimonio  
 iungant, vel non vident modum aut  
 media viuendi, vel propter alias occul-  
 tas caussas, vel manifestas non possunt;  
 & tamen earum conuersatio non est se-  
 cundum statum vidualeni, quia nō ser-  
 uant castitatem in secreto, & in aperto  
 seu publico, etiam se tales ac tali mo-  
 do demonstrant, vt dissoluti facilè in-  
 telligant quid ipsæ desiderent. Ince-  
 dunt enim valdè politè ac ornatè vesti-  
 tæ, velis etiam aut sudarijs extensis, &  
 crispatis crinibus. nō multum cooper-  
 tæ in facie, oculis eleuatis sine pudore;  
 libenter sunt in conuersatione iuuenū,  
 cum illis rident, iocantur & innuunt  
 res non licitas tales viduæ omninō fu-  
 giendæ sunt, & nullo modo cum illis  
 conuersandum est. Hinc S. Paul. dicit:  
*Adolescentiores autem viduas deuota,*  
*cum enim luxuriata fuerint; in CHRIS-*  
*TO, nubere volunt, habentes dam-*  
*nationem, quia primam fidem iri-*  
*tam fecerunt. simul autem & ociosa discunt*  
*circuire domos, nō solum ociosa, sed & ver-*  
*bosa & curiosa loquentes, quæ nō oportet.*

1. ad Tim. 5.



Satiùs igitur esset, tales iterum nubere  
quàm indecenter viuere. Adhuc alie  
viduæ sunt, quæ iam post deliberatio-  
nem, statuerunt non amplius nubere  
viuentes quidem castè animo & cor-  
pore, verùm hoc non faciunt propter  
amorem Dei, sed potiùs propter huma-  
num aliquem respectum, vel amore be-  
liorum, vel propter opes, vel quia me-  
tuunt ne primo marito peiorem acci-  
pian, vel demum quia ita natura sunt  
affectæ, & quamuis secundùm opinio-  
nem mundi, viuant honestè & Matro-  
næ honestæ habeantur coram mundo,  
nihilominus tamen tales, omnes mun-  
dano seruitio sese addixerunt, viuen-  
tes quidem honestè, sed secundùm or-  
dinarium politicè viuendi modum, &  
cursum mundi. De rebus autem diuinis  
parum sciunt, & minus faciunt, raro  
orant, rariùs ieiunant, rarissimè confi-  
tentur, & sic parum se exercitant in hu-  
iusmodi rebus quæ ad pietatem & de-  
uotionem spectant, raro etiam veni-  
unt ad conciones, quas ego precor per  
viscera misericordiæ Iesu Christi, vtili-  
lam gratiam quam acceperunt à Deo,  
non expendant ad honorem mundi,  
sed ita vt recipiant præmium in cælo,  
& non in terra.

Ite.



Iterum aliæ viduæ sunt, quæ firmū quidem fecerunt propositum seruare castitatē, & seruire Deo toto corde, sed & eæ ad huc differētes sunt; quia aliquæ earum non possunt separari aut à filiis, aut à filiabus, vel ab alijs cōsanguineis, idque propter iuuentutem, quam solum relinquere non expedit, aut propter aliquod regimen siue necessitatis, siue Charitatis non possunt separari à familia, sed oportet illas omnino ita viuere, quasi in societate quadam, vt sint quodammodo mætres familiæ, tales autem quamuis non sint omnino seruitio Dei addictæ; nihilominus tamē quia omnem suam operam quam familiæ præstant faciunt amore Dei, qui illis retribuet in vita æterna largā mercedem, neque ob id villo modo debent abstinere, ab ista sua sollicitudine. Nā qui contemnit aut negligit curam seu administrationem suorum, præsertim domesticorum, infidelis est & peior infideli vt dicit S. Paulus.

Rursum sunt aliæ quidem desiderantes seruire Deo, & commodè possent separari à suis, magis libere possunt vacare orationibus ac ieiunijs, sed non faciunt, aut propter pusillamini-



ratem aut compassionem, v eex alia  
caussa.

Tandē adhuc & aliæ quædam repe-  
riuntur viduæ, quæ separatæ ab om-  
ni molestia & perturbatione munda-  
na, nocte dieque seruiunt Deo in con-  
templatione, tales sunt in statu me-  
magis tranquillo & magis dispositæ  
ad acquirendam maiorem perfectio-  
nem. Quo in statu fuit sancta illa vidua  
Anna de qua dicit Luc. quod non dis-  
cedebat de templo, ieiunijs, & obsecra-  
tionibus, seruiens die ac nocte. Et  
quamuis omnes viduæ quæ cupiūt ser-  
uire Deo non possint habere istum af-  
fectum & pium feruorem Annæ; co-  
nati nihilominus debent ipsam imitari  
quantum possint. Hinc concludimus  
quod vera vidua ista sit, quæ non so-  
lum seruat, & imposterū seruandi ca-  
ritatem propositum habet, sed & seculo-  
ram Dei seruitio tradidit; Et quia isti  
Dei seruitio nemo se recitè & bene  
conformare potest, nisi cognoscat suæ  
& mediæ, perueniendi ad hunc fi-  
nem, dicemus quomodo vidua de-  
beat actiones seu operationes ordinare  
ac instituire, & quid pro hoc principa-  
liter debeat intēdere, vt sciat operatio-  
nes suas ad certam normam institue-



## VIDUITATIS.

re, cum finis sit regula, secundum  
quam res ordinantur.

### *De intentione Vera vidua.*

Quando vidua deliberavit, & iam  
statuit, esse melius vivere continenter,  
habetque propositum constans ac fir-  
mū, soli Deo servire, necesse est ut pri-  
mum intelligat, quisnam huius vitæ  
sit finis, ut sciat dirigere suas operatio-  
nes & illas rectè instituere. Principalis  
igitur finis propter quem non tantum  
viduæ, sed quilibet etiam Christianus  
debet rectè ac bene vivere, est honor  
Dei, quem magis debet amare, quàm  
salutem propriam. Oportet itaq; dili-  
genter curare, ut non blasphemetur  
nomen D e i, neq; vituperetur fides  
ac Religio Catholica propter nostra  
mala opera, & hoc magis spectat ad vi-  
duas, quàm ad alias nonnullas perso-  
nas, & propterea erunt mortificatæ &  
maximè pudicæ. Nam, cū sint priuatæ  
societate mariti carnalis, nō aliū quæ-  
rent sponsum, quàm Iesum Christum.  
Et quando non videntur honestam du-  
cere vitam, immo contrarium faciunt,  
tunc alijs & murmurandi præbent oc-  
casionem, & multa alia peccata, com-  
mittendi, quæ tendunt in contemptum  
& Dei & sui ipsius atq; in scandalū pro-  
ximi.

Vera



Vera igitur vidua inflammabit cor suum Zelo honoris Dei, & proponet sibi potius mori, quàm vt per ipsam vituperetur Deus creator suus.

Secundo studebit Saluti animæ suæ considerans secum, quòd in hoc mundo nō habeat permanentem locū, quia statutum est omnibus semel mori, & sic necessariò ad alterum ex duobus terminis perueniendum, vel ad vitam æternam, vel ad pœnas æternas. Quare cum vidua perdiderit omnem suam consolationem in hoc mundo, omnem diligentiam adhibebit, ne perdat etiam in altero; sed vt potius acquirat sibi cum beatis perpetuam lætitiā.

*Quid requiratur ad vitam æternam consequendam.*

Primò puritas Cordis, quæ consistit in emundatione conscientiae per confessionem, & hæc procedit ex corde contrito, de omnibus peccatis mortalibus, & quantum est possibile etiam de venialibus.

2. Oportet mortificare omnem effectum rerum terrenarum & ostendere se tā facere gloriam Paradisi, vt etiam omni



omnes huius mundi diuitiæ & honores sibi videantur nullius momenti & adeo abiecti, viles, atque inanes, quàm homines reputant lorum terræ. Nam anima quæ tendit ad perfectionem, debet quotidie examinare atque perscrutari suos appetitus, atque desideria, & quando cognouit seu animaduertit in se affectum ad rem aliquam terrenam, quantumvis minimam, quam videtur inordinatè amare, quantum fieri potest abstrahat affectum ab illa. Nam, in quantum homo, inordinato amore est affectus, erga res creatas, in tantum cetiam non amat Deum; qui amari debet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus id est, ex toto intellectu, ex tota voluntate, ex tota memoria, atque omnibus alijs potentijs, & non permittat, vt intellectus suus aliud contempletur, intendat, vel intelligat, quàm solum Deum & hoc, quod ad illius gloriam ordinatum est, & suam voluntatem, neque amet aliū quàm ipsum; & si quid aliud amat, non amet, nisi quatenus ad ipsum ordinatum; sicut sponsa amat anulum mariti; propter amorem mariti: in sua quoque memoria, nō reponat vel conseruet.



1. Cor. 10.

Matth. 5.

seruet aliud, quàm ipsum Deum cum  
 suis beneficijs, & omnes operationes  
 ad ipsum sint ordinatę sicut dicit Apo-  
 stolus: *sive ergo maducatis, sine bibitis, si-*  
*ne aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei*  
*facite.* Quamobrem oportet tollere af-  
 fectum à rebus terrenis, & hoc modo,  
 purificare cor, si velimus peruenire ad  
 perfectum illius amorem, & ad perfec-  
 tam quietē contemplationis glorię suę.  
 Dicit enim saluator noster. *Beati mudo*  
*e corde quia Deum videbunt.* Et qui non  
 habet semper oculum intentum adhuc  
 puritatem non potest facere profectū  
 aliquem in vita Spirituali, quia nescit  
 quid facit. Omnia enim ieiunia, vigi-  
 lię, orationes, elemosynę, lectiones,  
 omnesque prædicationes ordinantur  
 ad hanc purificationem, ad quam qui  
 non tendunt multa committunt pec-  
 cata & sæpè, grauiora, quę vix credunt es-  
 se parua, quia non sciunt neque vident,  
 quam sint ea contraria puritati, in  
 quam fixum non habent oculum, sed  
 illi qui semper tendunt ad hanc purita-  
 tem, vident omnia peccata etiam mi-  
 nuta, de quibus dolent, quia animad-  
 uertunt quod contaminant mentem,  
 quam semper cupiunt mundare. Et  
 possunt



# VIDUITATIS.

19

posiro, quod vidua suo iudicio non haberet affectum, ad vllam rem creatam, ignorat tamen an sit in gratia Dei, sicut dicit scriptura. Et propterea ponuntur hic aliquot signa seu inditia, per quæ conijci potest vtrum anima sit in gratia Dei.

1. Si sibi nō est conscia alicuius peccati mortalis de quō non sit verē & bene contrita ac confessa.

2. Si sentit tedium huius mundi.

3. Si in se habet vehemēs desiderium ad patriam cælestem.

4. Si delectatur sacris scripturis, atq; rebus diuinis.

5. Si habet aliquem gustum in orationibus.

6. Si libenter audit verbum Dei.

7. Si sæpius sentiat in se diuinam seu internam inspirationem, & si similes alias diuinæ gratiæ coniecturas habeat, quæ sunt quasi infinitæ, cognitæ tantum à sanctis, qui se exercent in diuinis contemplationibus, per quas se sentiunt quodammodo multis modis certificatas quod sint in gratia Dei.

Si igitur non habent ex his signis, prosternant se ante pedes crucifixi & placeant.



plangent quotidie peccata sua idque tamen  
 diu, donec sentiant aliquam internam  
 inspirationem & consolationem S. Spi-  
 ritus, per huiusmodi enim spem nobis  
 dat, quod peccatum per gratiam sit re-  
 missum & condonatum. Talis etiam  
 vidua oportet sæpius confiteatur, & se  
 iustorum ac piorum hominum orationibus,  
 magna cum animi humilitate commē-  
 det. Si autem, in se senserit signa diuinę  
 gratiæ, non propterea elato erit ani-  
 mo. Nam inter virtutes, sola perseveran-  
 tia coronatur, immò persistat in maxi-  
 mo timore cum recordatione tempo-  
 ris præteriti, considerando singularem  
 gratiam Dei erga se, qui illam & de  
 mundo, & de loco sæcis eripuit, consti-  
 tuens in gratia sua, & hoc beneficium  
 seu donum maius est, quam si fecisset  
 illam Reginam mundi. Nam omnes  
 totius mundi Thesauri non possunt  
 dare vel minimam guttulam, vnius  
 saltem gradus gloriæ, quem tamen  
 gradum dat gratia.

*Documenta quadam S. Pauli quę spectant  
 ad viduas.*

*1. Timoth. 5.* Scribens S. Paulus, ad Timoth. di-  
 cit, *viduas honora*, illas nempe, quę be-  
 ne familiam suam, non tantum filios,  
 & filias, nepotes & alios consanguineos  
 os seu



os seu cognatos, sed omnes suos sub-  
dicos instruendo illos in bonis mori-  
bus & virtutibus reprehendendo & cor-  
rigendo illos quando errant.

2. Dicit ut viduæ sperent in Deum,  
& confidant in misericordia eius & in  
ipso solo quærant omnem consolationem  
suam, eleuantes mentem suam in Deum,  
& hoc semper magna cum humilitate,  
& quoties possunt fundant semper ar-  
dentes orationes implorantes sæpe di-  
uinum auxilium, quo præseruentur à  
malis, liberentur à peccatis & replean-  
tur donis gratiæ suæ, atque tandem di-  
rigantur ad æternam felicitatem.

3. Dicit, quod vidua quæ viuit in de-  
litijs, in consolationibus mundanis, in  
iocis, ac risibus, vel in alijs similibus  
vanitatibus, viuens mortua sit. Nam  
quamuis viuat corpore, in anima ta-  
men mortua est, per peccata, nec potest  
facere quidquam, quod vitam æternam  
consequendo sit meritum.

4. Præcepit viduis, ut sint irreprehē-  
sibiles, hoc est, omnibus bonum ex-  
emplum præbentes, & ut non solum  
sibi caueant à peccatis mortalibus, sed  
etiam magna cum diligentia, & quan-  
tum fieri potest fugiant venialia. Hinc  
manifestum est quàm necessarium sit  
ut



cap. 3.

vt viduæ viuant maturè, timorè de  
deuotè, & cum maxima circūspectio-  
ne seu custodia ad exemplum S. Iudith  
de qua scriptum est: *Nec erat qui loque-  
retur de illa verbum malum.*

5. Dicit quod vidua frequenter de-  
beat cogitare de rebus diuinis vt sit  
sancta corpore & spiritu.

*Quomodo quadam vidua qua alijs magis  
prestant, maius habeant meritum.*

1. Iste sunt quæ remanent viduæ, cum  
adhuc sint a. Adolescentiores, & aptæ seu  
idoneæ Matrimonio; tales enim cæte-  
ris plus meriti habent apud Deum, si  
tamen ita permanserint propter amo-  
rem. Diuinæ Maiestatis.

2. Si sint formosæ, diuites nobiles, &  
aptæ secularibus negotijs.

3. Et ille plus meriti habent, quæ pro-  
pterea tantum viduæ manent, vt eo pu-  
tius ac quietius Deo seruiant, suæque  
diuinæ Maiestati magis placeant, non  
propter filios, suos, quia tales viduæ  
parum vel nihil meriti sibi acquirunt.  
*De verarum viduarum sollicitudine Scru.*

1. Sicut Turtur, est animal castum; nã  
vbi semel perdidit fociam, nunquam  
amplius alteri associatur, sed toto vitæ  
suæ tempore gemibundus & solitarius  
circumvolat; sic etiam vidua, vbi mari-  
tū suū



tum suum perdiderit, firmum faciat propositum, non se coniungendi amplius alteri sed quod deinceps velit seruire Deo toto corde, & reputare se viduam, nā quoad corpus, quā quoad spiritū. Quoad corpus, quia perdidit maritum suum carnalem, & quod spiritum, quia necdum separata est à Christo sponso spirituali.

2. Quia non potest amplius recuperare maritum carnalem defunctum, diligenter cauebit immorari debet, ne etiam perdat sponsum animæ suæ, sed ut illum inueniat in altera vita, in qua fortassis recuperabit simul etiam maritum suum carnalem.

3. Cum sit in statu viduitatis, cogitabit, quod nō velit posthac viuere in delitijs, gaudijs mundanis, seu humanis consolationibus, sed potius semper in gemitu & planctu.

4. Secundum laudabilem consuetudinem, viduæ nigro vsuntur habitu tempore luctus, seu viduitatis suæ, & plerumque multum sunt velatæ vel coopertæ, hic habitus ut indicat luctum, sic & frequentes lachrymæ, & non risum vidua igitur cōsiderado, quod in amissione mariti, omnē perdiderit consolationē mūdānam simul etiam pro certo  
habe.



habeat & cogitet sibi amplius non li-  
 cere. huiusmodi quærere solatia; &  
 quod adhuc longè absit à celesti patria  
 vidua quidem hîc reputata, à vero  
 sponso Iesu Christo, sed cum pericu-  
 lo non inueniendi forsan vnquam, si  
 currat post peccata seu desideria sua.  
 Debet igitur semetipsam colligere,  
 & totaliter separari, à conuersationi-  
 bus secularibus; & (vt inquit Apo-  
 lus) non debet se conformare huic sa-  
 culo, sed quotidie magis quærere re-  
 nouationem internam.

5. Totaliter abstinebit à conuersati-  
 one & familiaritate hominum exte-  
 norum, qui non sunt cōsanguinei, vel  
 aliquid negotij cum ipsa habeant, maxi-  
 mē si sint iuuenes. Quia ex tali conuer-  
 satione semper aliqua generatur rubi-  
 go peccati, & nota infamiae. Et si ipsi  
 iuuenes vtrò sese ingererent, cum ali-  
 qua præsumptione seu arrogantia, vt  
 tur vidua & grauitate & asperitate ali-  
 qua in loquendo, atq; talem illis offe-  
 det vultum, vt omnino desperent se  
 ad illam vlium habituros aditum; Nā  
 hoc hominum genus vbi animadu-  
 terit, vel in risu, vel ex aspectu, vel ex  
 verbis leuioribus, aut suauioribus, mu-  
 tati mulieris fidem & animū, ipsam-  
 que



que ad suam voluntatem facile inclinaturam, tunc mille modis & artibus etiam sub specie boni, si à Diabolo paulatim instructi, & edocti, accedunt, & tentant, & sæpè suum assequuntur intentum, quod non fuissent consecuti, si in principio vidua se ostendisset alienam ab huiusmodi rebus.

6. Quantum fieri potest fugiet consortium & familiaritatem, etiam suorum amicorum & consanguineorum, præsertim ab illorum qui sunt ex parte mariti, à cognatis & à germanis eius fratribus, maximè iunioribus, abstinere, eo saltem modo, ut cum nullo habeat arctam familiaritatem. Nam concupiscentia eò magis inflammatur & incitatur contra rationem, quantò eius operatio strictius aut seuerius est lege prohibita, unde nisi arriter fuerit repulsa ab initio, propius semper se adiungit, & tendit ad res maximè & ad operationes planè bestiales. Hinc multi reperiuntur & etiamnum de præsentibus non exiguo numero reperiuntur, qui propter talem conuersationem seu familiaritatem, nec habuerunt nec habent vllum respectum, aut reuerentiam vel sanguinis, vel etiam prohibitionis legum, sed vniuersi sunt sicut equus & mulus

b

mulus



mulus in ipsam proprijs sanguinis  
 spurentem, idque etiam in proximo  
 gradu; Quare cum cognatis, cōsanguineis,  
 vel etiam fratribus, hoc tantum  
 sufficiat quantum loqui necessarium  
 est. Et in rebus domesticis, vel spiritalibus,  
 vel etiam alijs necessarijs potius  
 deficiat, quàm superabundet, etiam  
 vidua esset vetula, vel illius saltem agetis,  
 quod nihil periculi foret timendum.  
 nihilominus tamen huiusmodi familiaritas  
 illi non conueniret, quia etiam  
 adolescentioribus viduis res male exitu  
 pli, quia hoc modo mens abstrahitur  
 cōtemplationibus & orationibus, vel  
 etiā propterea quia nimia familiaritas  
 parit contemptum, atque sic illi non  
 deferretur debitus honor, ac reuerentia  
 & per consequens, etiam illius doctrina  
 menta parum iungant, vel edificant.  
 7. Vidua quoque fugiet conuersationem  
 foeminarum extranearum, sine  
 ignotarum, hoc est sanguine vel affinitate  
 sibi non coniunctiarum & cum  
 quibus nihil negotij habet, potissimum  
 tamen vitabit iuēculas & vanas; nam  
 vt dicit Salomō, *Amicus stultorum* somnolus  
 efficietur, videndo enim vanum illarum  
 vestitum, & audiendo verba leuissimum,  
 ex huiusmodi mundana conuersatione

*Prover. 13.*



# VIRGILII.

27

tionis consideratione, cor illius quasi  
iaculo quodam ignito perfoditur, hinc  
paulatim crescent vana desideria & il-  
linc recedent ab illa bonæ cogitatio-  
nes, & hoc modo adeo erit intricata,  
vt etiam maxima cum difficulta-  
te vix eadem possit redire ad cor. Om-  
nino igitur huiusmodi conuersationes  
fugiendæ sunt, etiam si multo ante fuis-  
sent inchoatæ.

Necesse est, vt sibi bene ualeat à ni-  
mia familiaritate, non tantum consan-  
guinearum, sed etiam domesticarum  
suarum, quia præbent occasionem, vt  
mens extrahatur, & distrahatur, & sic  
occasione huius conuersationis opor-  
tet etiam conuersari cum alijs extrane-  
is, vtriusque sexus personis, quæ illas  
veniunt inuisum, & cupiunt se dome-  
sticis associari. Solent enim multi disso-  
luti etiam hoc medio quandoque vri;  
Nam quâdo non possunt liberè, vt op-  
tant loqui cum amica tua, quarunt oc-  
casionem amicitia cum aliquo suo co-  
gnato, & hoc medio introducuntur ad  
illius colloquium. Oportet igitur om-  
nem fugere familiaritatem & quan-  
tum fieri potest, solitariam vitam du-  
cere ne aduersarius noster, vllam occa-  
sionem intradi habeat.

B 2

Postre-



Postremò etiam vidua canepius & angue fugiet conuersationem quorundam hominum, qui vocantur spirituales, sunt tamen seculares. Quia frequenter se spiritus conuertit in carnem; homines enim verè spirituales fugiunt foeminas; & sic, foeminae verè spirituales fugiunt etiam homines; Ita quoque vidua, quæ conuersationem & familiaritatem habet, cum eiusmodi hominibus, maiori se exponit periculo, quàm alia. Nam tentatio quò magis est occulta, & subtilis, atque plus sub prætextu vel specie spiritus palliata, eo periculosior est. Quidquid igitur cum tribus de Deo & rebus diuinis est tractandum, hoc paucis expediatur verbis absque vlla conuersatione seu familiaritate, & non est loquendum istis, nisi in præsentia aliarum personarum, idque breuiter & rarò. Nam, quemadmodum S. Ioannes dicit; Totus mundus in malo ligno positus est, & maximè hisce nostris temporibus.

---

*De virtutibus & operibus spectantibus  
ad ipsas viduas.*

1. Vidua, quantū fieri potest, operam  
quærat veram & spiritualem pacem  
& quietem.



& quietem mentis in Deo, illiq; seruire mundo corde, & suauiter inhærere studeat. Sciat autem se hoc non posse præstare, nisi sit patiens in aduersitate, & non turberur omni re minima. Necesse igitur est, vt Deum semper habeat præ oculis, quia sic offensionem Dei euitabit, & libera erit ab ira, tristitia, impatientia, & omni amaritudine animi.

2. Contemnet consolationes mundanas, repellet à se omnes delectationes sensuales, & vitabit immodicos risus, facerías, & omne genus dissolutionis, neque in cibo & potu, quære oblectationem vel gustum, sic etiã in somno, & molli atque superfluo vestitu, qui sit tantum secundum decentiam, & ipsi naturæ atque necessitati conformis.

3. Sæpè deuotas fundet preces, idque in Ecclesia & sub diuinis officijs, & domi occupata sæpius in Deum eleuabit mentem orando, & meditando, sicut faciebat sancta illa vidua Anna; *que nō discedebat de templo, ieiunijs, & obsecratio.* Luc 2. *nibus seruens nocte ac die.*

4. Proprium corpus mortificabit ieiunijs, vigilijs, ac disciplinis, sicut dicebat S. Paulus, *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*, sicut etiam faciebat

b s

Anna



Iudith. 8.

Anna; similiter legitur de Iudit vidua quod portaret cilicium & ieiunaret exceptis festis. Huiusmodi enim leiunia & carnis macerationes, admodum necessariae sunt viduis, praesertim adolescentioribus, in quibus caro semper pugnat aduersus spiritum, debent tamen esse discretæ, ne nimium debilitetur corpus, & postea non possint seruire Deo.

Hai. 58.

1. Quantum potest se exercebit in operibus misericordiae, seruiendo pauperibus, & infirmis, visitando, consolando, & hospitio illos excipiendo, atque vestiēdo. Sicut dicit scriptura; *Frangis esurienti panem tuum, & egeros vagos inuoc in domum tuam. cūm videris nudū operi eum, & carnem tuam ne despexeris.*

6. Non cutabit vidua ornatum in vestitu, neque vestes habebit sumptuosas, vel vanas, sed simplices & modestas, ne aliquem hoc modo prouocet ad illicitum amorem, & carnalem. Nam S. Hieronymus dicit, praebere saltem occasionem (etiam si inde non oriatur malum) est peccatum.

7. Non sit Vagabunda, nec circumuehat domos, sed diligat stare domi suae quantum fieri potest, & ibi semper sit occupata circa salutem animae suae, &



cut legitur de Iudith, quæ in superiori-  
bus dom<sup>9</sup> sue fecit sibi secretū cubiculū, *Iudith. 8.*  
in quo cū puellis suis clausa moraba-  
ur.

8. Debet vidua esse timorata, sobria  
modesta, humilis, amore Dei flagrans,  
frequens in Ecclesia, ac super omnia in-  
cedere demissis oculis, vitare conuiuia;  
dolere ac poenitentiam agere de pecca-  
tis præteritis, satisfacere pro defuncto  
marito, deniq; esse debet in omnibus &  
per omnia exēplaris & irreprehēibilis.

*Documēta aliquot D. Augusti pro viduis.*

Primo, inquit D. Augustinus, Viduas  
non esse laude dignas, ex eo quod ha-  
beant filios; sed quod eos bene ac piē  
educauerint, retrahendo ac coercendo  
à malo, & instituendo in bono.

2. Docet ne contemnant alias, quæ  
ad secundas & plures etiam nuptias,  
transeunt. Nam & ipsæ idem fecissent;  
nisi Deus illis dedisset gratiā & auxiliū.

3. Ne minorē adhibeāt diligētiā ut Deo  
placeāt quā maritatæ ut placeāt mari-  
tis suis. Quò enim magis Deo placue-  
rint, eò magis beatę dicēdę sūt. Huic er-  
go studeāt placere, interiori mētis pul-  
chritudine, omniq; virtutū genere se se  
exornēt, præcipuē humilitate, castitate,  
sapiētiā & dilectione, & loco delectati-  
onū carnaliū, oblectēt se cōsolationib<sup>9</sup>



spiritualibus, hoc est lectione sacra, oratione, psalmis & hymnis, bonis ac pijs cogitationibus, frequenti etiā bonorum operū exercitio, spe vitæ æternæ; eleuatione cordis in Deum, cū gratiarū actione de omnib⁹ beneficijs suis.

4. Monet ne dent operam Māmoni, & cupiditati diuitiarū, neq; illū affectū & amorem apponant pecuniæ, quæ erga defunctum maritum habuerūt. Vnde scriptura dicit: quod nihil sceleratius & iniquius, Quā amare pecuniam. Procurabunt igitur vt in seipsis amor diuitiarum extinguatur, sicut paulatim extinguitur amor erga defunctum maritum, corq; accendatur amore ac desiderio tubueniendi pauperibus elemosynis; Nam elemosyna multū iuuat viduas, leiunia quoq; & vigiliæ, quæ cum discretionē ad honorē Dei instituuntur, quāuis per se videantur satis molestæ, in dilicias & consolationes spirituales conuertuntur. Quia amanti nihil difficile, ex quo quis enim etiā molestō labore capit delectationē; Quod facile apparet, & clarum est in venatoribus, piscatoribus, & similibus alijs. Verū magna est miseria humana quod tantoperē delectetur molestō ac laborioso desiderio, capiendi feram aliquā, & nul-



& nullatenus delectetur simili desiderio seu labore, acquirendi & inueniendi Deum.

5. In eo sint totæ, vt præbeant de se aliquod experimentū, seu bonū exemplū, non vt propterea laudentur, sed ad honorem Dei, & ædificationem proximī; qui enim bonum nomen seu famā negligit, crudelis est, & qui malum præbet exemplum, occidit proximum spiritualiter; hinc non tantū debent abstinere ab omni opere vitioso seu malo; sed etiam ab omni specie mali, ne se reddāt suspectas. Et si fortassis maligni aliqui, ex melle fel suxerint, hoc ferent patienter, & quantū ad se attinet lætabuntur in Domino; quia copiosa erit merces earum in cælis, si tamen perseuerauerint vsque in finem.

6. Quamuis viduæ sint diuites, nobiles, sanctæ, & habent filios ac filias, oportet nihilominus semetipsas reputēt planè desolatas, spernā q̃; omniū solatia præter vnus Dei, cogitē q̃; sēper in corde, se esse peregrinas & exules in hac lachrymarū valle, hīc expositas multis periculis, & procul valde à solatio gerno; & se adhuc dubias ac incertas, an ad illam cælestē gloriā sint peruenturæ. Quare exclamēt cū Propheta dicendo,



*Psalm. 119.* Non mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitans cum habitantibus Cedar, multum incolatus fuit anima mea. Et cum Apostoli plangendo dicant: Infelix ego, quis me liberabit à corpore mortis huius?

*Rom. 7.*

7. De filiis suis non debent gaudere multum, nisi in quantum viderint illos timere Deum, & vivere laudabiliter. De insuperabili patientia quam viduae debent habere in omni sua aduersitate.

*Eccl. 8.*

Famosissima illa & sapientissima Vidua Iudith, omni virtutum genere ornata, exhortatur etiam viduas ad patientiam in rebus aduersis, pulcherrimis illis verbis, quando dixit. Memores esse debemus quemodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus. Dei amicus effectus est, sic Isaac sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Dei, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpente perierunt. Humiliemus igitur animas nostras in spiritu contrito & humiliato, & seruiamus Deo illiusque in rebus aduersis consolationem humiliter expectemus, reputantes quod omnes tribulationes & afflictiones eueniunt nobis, ad emendationem nostram & in bonum.

*Conf.*



*Causse aliquot, cur vidua debeant esse  
patientes.*

1. Quia aduersa patienter ferendo, cō- *Luc. 1.*  
formant se omnibus Dei electis, ut po-  
te S. Patriarchis, Prophetis Apostolis, &  
omnibus alijs sanctis, qui quò Deo fue-  
runt Chariores, & magis dilecti, eò gra-  
uiore & duriores aduersitates passi  
sunt in hoc mundo.
2. Quia sufferendo fortiter & alacri- *Apocal. 3.*  
ter tentationes & aduersitates, fiunt a-  
mici Dei, ut legimus de Abrahamo.
3. Quia possidebimus animas nostras  
in cælo, ut dicit Euāgelista qui non est  
patiens, non intrabit in regnū cælorū.
4. Quia exerceri & probari in tribula-  
tionib⁹ & aduersitatibus, est certū indicium  
singularis Dei amoris erga nos, sicut di-  
cit; *Ego quos amo arguo & castigo*. Si igitur  
à Deo cupimus amari, gaudeamus &  
lætetur, in signis huiusmodi sui amo-  
ris, hoc est in aduersitatibus & tribula-  
tionibus.
5. Pari libenter, non tantum est ami-  
citiz Dei, & diuini sui amoris erga nos  
indiciū; sed etiam quod sumus filij  
eius &c. Sicuti S. Paul. dicit.

b 6

6 Qui 1. Cor. 13.



*Tob 3. in  
fine.*

6. Qui sunt patientes in aduersitatibus propter amorem Dei, non tantum à sua diuina Maiestate coronantur in caelo, sed etiam in hac vita luauiter ac multipliciter consolabuntur. Vt dicit Tobias, *quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem in fundis.*

7. Quia per tribulationes & persecutiones mundamur à vitijs praeiudicis, & praeferuamur à peccatis: vnde dicit Tobias ibid: *Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris misericordiam facies & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te.*

*Psal. 91.*

8. Quia tribulationes nos disponunt ad gratiam Dei, & reddunt nos dignos suae praesentiae, & conspectu diuino, sicut ipsemet dicit in psalmo, *Cum ipso sum in tribulatione*; Et propè est his Dominus qui tribulato sunt corde. S. Martinus dicebat: quod misericordia Dei, hominibus tribulato specialiter adesset.

9. Per tribulationes conformamur Christo, qui passus est pro nobis, si igitur cum Christo volumus regnare in altera vita, non recusemus etiam hic pati cum illo, quia ut dicit Apost. *Si patimur cum Christo, & conregnabimus.* Et S. Petrus dicit, *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens*



*exemplum, ut sequamini vestigia eius.*

10. Per aduersitates & tribulationes præ-  
setis vite liberamur à supplicijs futuris;  
& sic cū humilitate ac deuotione suf-  
ferre tribulationes, est compendiosa,  
immo rectissima & optima via perue-  
niendi ad cæleste regnum.

*De ieiunio Viduarum.*

Quia caro ut dicit Apostolus con-  
cupiscit aduersus spiritum, utq; semper re-  
pugnat, & è contrario: spiritus aduersus  
carnem; tamen necessarium est nutri-  
re hanc nostram carnem, sicut idem  
quoque alio in loco dicit: Necesse est,  
ut, qui in hoc mundo vult bene viuere,  
ea in abstinendo discretionē vtatur, ne  
limites excedat in macerando & affli-  
gendo corpus suū nimium, etiam si nō  
sit ad eō negligens, ut sinat crescere spi-  
nas carnis ad suffocationē spiritus, sed  
scire hanc mediocritatē & discretionē,  
summo opere est necessarium nostris vi-  
duis, quibus conuenit & expedit sæpē  
ieiunare & orare. Verū est, quod de hoc  
non possit dari certa regula propter cō-  
plexionum diuersitatem, & alias cir-  
cumstantias; nihilominus tamen pos-  
sunt præscribi aliquot regulæ genera-

*Gal. 5.*



Inc. 10.

les, secundum doctrinam Sanctorum,  
 & imprimis quoad ieiunia Ecclesie, Vi-  
 dua sana & non habens legitimam ex-  
 cusationem obligatur ad omnia ieiunia,  
 à S. Matre Ecclesia indicta, eaque  
 deuotè seruare debet. Et quia Dominus  
 Saluator noster dixit Hospiti seu stabu-  
 lario. *Quodcumq; supererogaueris, ego tibi  
 rediero reddam tibi.* Ultra ieiunia Ec-  
 clesie deberent adhuc certis diebus i-  
 dem obseruare & ad minus vnà saltem  
 vice in septimana ieiunare. hoc est fe-  
 ria sexta, ob reuerentiam & memoriā  
 passionis Domini nostri Saluatoris, &  
 si pro sua deuotione vellet adhuc ad-  
 iungere aliquem alium diem, vtpotè  
 feriam quartam, vel Sabbathum, valde  
 bene faceret, dum modò hoc fieret cu-  
 mica salis, id est semper cū discretionē.  
 Secundò notandū est, quod adhuc ali-  
 ud sit ieiuniū, hoc est viuere temperatè  
 & ad necessitatem tantū sumere cib-  
 um, in illa quantitate quam natura  
 requirit, neque etiam circa hoc certa  
 regula dari potest; sed quislibet pro se  
 mediante deuota oratione, & illumi-  
 natione Spiritus sancti, hoc facile ob-  
 seruare & addiscere potest; debet tantū  
 in hoc semper perpendere, vt sibi po-  
 tius aliquid detrahat, quā nimium indul-  
 geat.



geat; Quia natura est paucis cōtēta, atq; simplicibus. Et viduæ exhortādæ sunt ad sobrietatem, & ad parcē viuendum quotidie; Quia hoc etiā si conueniat omnibus hominibus, cuiuscunque sint conditionis, nihilominus tamen specialiter conuenit viduarum statui, quia vidua est in statu continentia, quam & ipsam decet temperanter viuere.

3. Abstinebit à superfluis sensuum suorū oblectationibus. Quia & status & habitus viduarū indicat mortificationē, & quodāmodo perpetuū luctū. Hinc S. Paulus dicit, *Qua in delirijs est, viuens mortua est.* hoc est quoad Deū & gratiā *1. ad Th. mort. 6. 5.* eius; unde, omni in loco debet cohibere & auertere oculos suos, ne videant vanitatem, & hoc potissimum in Ecclesia & locis publicis, alioquin & sibi & alijs dabunt occasionē scandali; Hoc enim sciant pro certo, quod facile cognoscatur ex oculis mulieris & pudicitia decus in mente, & grauitas in vita.

4. Curabūt vt aures ieiunēt, ex omnib⁹ pernitiosis, & inutilibus verbis, quæ auditū nō debent, multo minus dici, cōsiderantes, quod iudiciū Dei adeo strictū & rigidum erit, vt etiam nobis coram ipsius Tribunali, de omni verbo etiā inutili, sit strictissima reddenda ratio.

M. xi.



Maximè tamen cauere debent, ne detrahentibus, & de proximo suo malè loquentibus aures præbeant, quia non minus peccat, qui auscultat, quàm is qui malè loquitur, immò multò grauiùs. Verùm quia difficile est conuersari cum hominibus qui volubilem seu labilem habent linguā, & ab ijs nō audire maledicta verba, seu murmurationes; omninō necessarium esset, fugere quantum potest omnem conuersationem, maximè hoc nostro seculo, quo, etiam personæ quæ alioquin apparent spirituales, & bonæ vitæ planè nesciūt loqui aliquid de rebus diuinis seu spiritualibus, vel etiam de vita religiosa, nisi statim immisceant aliquid de defectibus proximi sui. Quotidie igitur oportet firmum facere propositum, non velle vnquam loqui de proximo suo malum, aut aliquid si-  
nistrum in genere vel in specie; neque de re manifesta vel publica, aut alioquin secreta excepto tali casu, quo ipsa charitas nos constringeret, pro emendatione seu correctione proximi loqui, tali qui & sciret & posset ipsum cū spe boni fructus admonere, vel ad alium bonū finem. Ad refrenandum autem melius & facilius nō tantū linguam, sed & audi-  
tum



tum; oportet facere singulis horis & momentis nouum propositum loquendi raro & parum; & vix tantum quantum necessitas ipsa postulat, & par ratio est de auscultando. Nam Salomon

*Prover. 10.*

*In multiloquio non deerit peccatum;* & S. Iacobus idem ait. *Si quis in verbo*

*Iac. 3.*

*non offendit hic perfectus est vir;* & sanè ipsa quotidiana experientia hoc satis docet, nam vbi tantum quis inceperit loqui, verbum trahit verbum, & paulatim peruenitur à bonis ad verba otiosa, & ab his tandem prorumpitur ad detractionem, ynde graua postea contrahuntur peccata, de quibus homo non cogitat, & ideo parū curat. Et inter peccata venialia nullum est (meo iudicio) quod hominem magis retrahat, seu retardet ab oratione & deuotione, atque ipsum multiloquium. Propterea dicit

S. Iacob. *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguā suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.*

*Iac. 1.*

S. Debet vidua etiam diligenter curare vt ipsius odoratus ieiunet, & omnino caueat vt nullo delectetur odore, qui ad lasciuia seu libidinem incitandi anam præbeat, huiusmodi autē sunt oleū vnguēta, pulueres, diuersę species aquarū distillatę, &c. quibus vtuntur nō loco

medi.



medicinæ, sed potius pro sensuali delectatione, similia enim videntur ostendere, aliquod indicium malæ conscientie, & exiguæ pudicitie in illis personis quæ his vtuntur; Non minus etiam sibi cauere debent, ab omni odore quo imbuere solent vestimenta sua, vel pannos lineos, Vela, vel alia sua ornamenta, sub pretextu & honesta excusatione conseruandi res supradictas, cum reuera faciant propter solam sensualem delectationem. Nam alioquin constat quod huiusmodi faciliori negotio, alijs quibusdam remedijs conseruari possint. Huiusmodi igitur odorū genera, omnibus modis non tantum vitari prohibita sunt, sed etiam quibusvis personis spiritualibus, quæ potius reddere debent, bonū odorem, & conscientie recte, & vitæ sanctæ, idque omni loco vbi vixerint, nam sensualis ille odor, in conspectu sanctorum Angelorum falet.

6. Debet etiam ieiunare gustus ab omnibus rebus sensualibus, naturæ non necessarijs; Hoc ieiunium est occultum, & quædam abstinentia quæ non videtur; & propterea ultra hoc quod iam dictum est superius de ieiunio, adiungemus & hæc quæ sequuntur.



# VIDUITATIS.

48

tur, nempe quod homo quotidie possit  
ieiunare, à sensualitate gustus, abstinē-  
do se ab omnibus rebus, quæ potius sūt  
incitamenta ad indulgēdū gulæ, quā  
ad satisfaciendum naturæ, & simplici  
necessitati, & sæpius accidit, ut res  
huiusmodi sint homini magis noxiæ,  
quā utiles. Attamen quia manifesta  
abstinentia caussat vanam gloriam, ex-  
horror vos seriò, ut eam quantum fieri  
potest occultetis coram vestris com-  
mentalibus, verbi gratia. Quando mā-  
ducais cum vestra familia, vel cum a-  
lijs personis familiaribus, non debetis  
omniū abstinere ab huiusmodi cibis,  
sed de singulis gustare aliquid, vel acce-  
ptare bonam partem, interim poterit  
occultè & dissimulanter relinquere, id,  
quod magis delectat, vel in totum, vel  
ex parte, idque eum in finem, ut nun-  
quam satiatur appetitus, sed potius reti-  
neat desiderium illius cibi, quem sic re-  
liquit intactum, ut hoc modo refrēnā-  
do & mortificādo tale desiderium, habe-  
atis meritū apud Deū, & scitote, quod  
hæc, licet exigua videatur abstinentia,  
magna tamē est, & non exigui meriti,  
quando propter amorem Dei & in me-  
moriā passionis Domini nostri Ie-  
sū. C A R I S S I abstinemus etiam  
à cie-



à licitis; & quando non sequeretur aliud bonum, ad minus hanc inde capimus utilitatem, quod quoties in menta abstinemus ab aliqua re etiam minima, tunc in illo instanti recordamur & cogitamus de Deo, cuius solius amore talem meritorium facimus actum, scilicet abstinentiæ, & ista memoria grata est sæpe diuinæ Maiestati. Etiam aliquando Deus, eodem tempore pro remuneratione, dat homini sic abstinenti, de suis cibis cælestibus talem gustum & suauitatem, quæ sit super quemcumque cibum & gustum corporalem.

7. Ieiunabit quoque vidua à tactu, & non tantum cauebit sibi ab illicitis tactibus, sed etiam à licitis, tam circa se ipsam, quàm circa alias personas. Nã delectatio tactus ut est subita & vehemensissima, ita etiam statim quasi absorbet ipsam rationem; hinc plurimi homines utriusque sexus, ad lapsum venerunt ex solo manuum tactu, & quamuis videatur res nullius momenti seu considerationis, sibi invicem tangere manus; nihilominus tamen sæpe ad instar alicuius sigilli tenere ac molli cere impressi, hoc causat, ut tangendo solum in sua manu relinquat impressionem; Caro enim feminae ad instar est cere quæ si ab homine



homine tangatur, relinquit aliquod  
 suæ impressionis vestigium, quod po-  
 stea difficulter dissoluitur, seu ex animo  
 euacuatur. Quapropter B. Iordanus,  
 qui successit S. Dominico in regimine  
 suæ religionis reprehendit quendam  
 ex suis fratribus, quia pudicæ cuiusdam  
 ac honestæ vitæ mulieris tetigerat ma-  
 num, dicendo ipsi, fili, terra bona est &  
 aqua bona est, nihilominus tamen ex  
 commixtione vtriusq; folium. Sum-  
 mopere igitur necessarium est, vt Vi-  
 dua valde sit cauta circa hunc sensum.  
 Nam cum illa hætenus huiusmodi de-  
 lectationis habuerit experientiam,  
 quæ nunc illi in hoc statu omnino est  
 prohibita, posset hic ignis, facilius in  
 ipsa, quàm in aliqua alia quæ hoc nunquã  
 probasset, vel talem non haberet prohi-  
 bitionem denuò accendi, & propterea  
 tutius est vt lōge absit à tali occasione,  
 & diligenter sibi caueat à recorda-  
 tione rerum præteritarum. Ad hoc au-  
 tem consequendum, operæ precium  
 est, vt vidua non tantum exterioribus,  
 sed etiam interioribus sensibus, stri-  
 ctum & rigidum indicat ieiunium;  
 Nam sicut foris se abalienabit & ab-  
 stinebit, ab omnibus eis quæ sensibus  
 sunt delectabilia, sic etiam non permit-  
 tet.



ret, ut intus subrepat vel subintret aliquid extra vagans phantasia seu imago, immo potius curabit, ut quantum humanum fieri potest, omnes illius cogitationes sint de Deo, & diuinis rebus. Si tamen aliquando occurrunt cogitationes vanæ & immundæ, absque vlla mora sunt reiiciendæ, & expellendæ, & statim confugiendum est ad orationem, ad meditationem, vel aliquod aliud pium exercitium, ut cor semper sit purum ac mundum in conspectu Dei, quia Iesus vult cor mundum, vult mentem puram. Omnia hæc ieiunia obseruabat vidua illa Anna. & propterea peruenit ad tantam puritatem cordis, ut etiam certò digna fuerit habere spiritum prophetiæ, & annunciare filiis Israël aduentum Domini Saluatoris nostri Iesu Christi.

---

*De Viduarum oratione.*

Oratio vitæ spirituali adeò est necessaria, ut sine illa sperare salutem, sit laborare in vanum. Hinc Saluator noster dicit, quoniam oportet semper orare, & non deficere, hæc est illa, quæ omnes Dei, ac diuinæ gratiæ thesauros aperit. Hæc est illa, quæ facit hominem feruē-

tem



tem; Hæc reddit hominem Christo familiarem, hæc illuminat intellectum in rebus diuinis, ac pijs exercitijs, inflammatur affectum, hæc facit gustare gaudia cælestis Paradisi, hæc in summa est vera possessio Christianorum; ex qua illis affluenter redundant omnia dona Spiritus Sancti, huic igitur debet esse intentæ omnes viduæ, dicente Apostolo suo Timoth. 5. *Qua autem verè vidua est. & desolata speret in Deum, & in suis orationibus & obsecrationibus nocte & die;* vnde si benè considerauerimus antiquas rerum historias, inueniemus quod propter ardentem feruorem, quæ primi illi Christiani quotidie in oratione habebant, peruenirent ad tantam Sanctitatis perfectionem, quæ in nobis hoc tempore plurimè defecit, quia non sumus ita persistentes & feruidi in oratione.

Bene notandum est, quòd non tantum viduæ, sed etiam multæ aliæ viri usque sexus personæ, hoc tempore nihil ferè aliud videntur facere, quàm quotidie recitare orationem Dominicam, cum salutatione Angelica, item psalmos & alia multa similia, & tamen reuera nunquam plenè nec integrè oranti

Nam



Nam, vt ait S. Augustinus, *Oratio est eleuatio mentis in Deum*, sed cū multi ore quidem recitant diuersas & pulchras orationes, cor autem eorum non sit eleuatum, quin potius longè ab sit à Deo ipsi verè non orant. Hoc interim accidit illis, qui mentem non habent puram, ex sincero quodam, & candido in Deum amore. Quare etiam de die in diē minùs in pietate & orationib<sup>9</sup> proficiūt. Sed breuitatis causa hīc quādam saltem subiungentur, quæ ad hoc propositum maximè videbuntur necessaria.

*Quid potissimum requiratur in  
Oratione.*

1. Oratio requirit animum benè compositum, tranquillū, & eleuatum in Deum, qui igitur huic studio cupit se totum tradere, & breui temporis spatium acquirere amicitiam Dei, & pacem cordis, debet, quantū fieri potest, remouere à se omnia, quæ mentem reddunt inquietam, & in primis per frequentē confessionem, peccata, cum firmo proposito, non relabendi in eadem, & cauendi sibi etiam ab ipsis venialibus, expurgare.

2. Cauē



2. Cauebit sibi quoque à multiloquio, quia hoc multum impedit orationem, & eo magis quò minus obseruatur, vel animaduertitur, sciendum quòd pater orationis sit silentium, & mater solitudo; Quia in conuersationibus non est possibile orare, sed si anima anhelans ad Deum, sit solitaria, & in silentio, necesse est, vt orando se colligat & eleuet se in Deum.

3. Quando vidua accedit ad orationem, debet superius colligere, & cohibere ac restringere sensus suos, expellere quoque omnem Phantasiam, imaginare sibi Deum præsentem, non querendo eum alibi quàm in proximo corde; Deus enim vbique est & in corde nostro, præsertim tamen in cordibus eorum est, qui ipsum amant. Dicente S. Ioanne Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.

4. Mens eleuata & Deo coniuncta, *1. Io. 4.* debet eidem gratias agere pro beneficijs sibi præstitis, recensendo ea breuiter mente tantum, verbi gratia, beneficium creationis, redemptionis baptismi & alia quoq; particularia beneficia, quæ sūt innumerabilia, & præsertim hoc, de bonis etiam inspirationibus

C

bus



#### VIDUITATIS.

bus, & alijs donis, sibi à Deo specialiter collatis, intelligendum est, quia omnia bona nostra, ab ipso sunt gratia, & potius ille in nobis ea facit, quam nos ipsi.

5. Post hanc gratiarum actionem, poterit sibi ignosci omnia peccata sua quantum in genere poterit animo percurrere, & obiter saltem perpendere supplicando suam Divinam Maiestatem, ut ea, per infinitam suam bonitatem, & per passionem Salvatoris nostri Iesu Christi, delere dignetur.

6. Orabit ut sibi donare dignetur perfectum suum amorem, & hæc veritas melius est corde, quam lingua sepe repetere, & si repetendo poterit memorari etiam aliquid de passione benignissimi Domini nostri Iesu, simul & ferocitatem seu turpitudinem peccatorum suorum considerare. Et hoc modo quantum ex sua parte potest conabitur, ut divini amoris igne accendere, & quodam modo inflammare. Et hoc tantum sicut nobis est necessarium; ira etiam est sufficiens; quia qui perfectus hoc consequutus, habet totam perfectam vitam spirituales, neque aliud ulterius necesse est petere.

7. Semper Deum rogabit, ut sibi concedat



# VIDVITATIS.

vi

cedat perseverantiam in diuino amore;  
& si forsitan pro aliqua necessitate in  
particulari velit aliquid potere, quod  
alioquin sit honestum & licitum, non  
male: immo bene id fieri potest, dum-  
modo prius præstet quæ iam sæpius  
scripta sunt. Ordinata autem oratio,  
ultra multas alias bonas & perfectas  
virtutes, quas habet ad accendendum  
cor hominis diuino feruore, est etiam  
necessariū vt sæpius repetatur. Et quia  
multa sunt contraria huic feruori; qui  
sæpè non nihil tepescit, si omnino non  
refrigescit. Propterea oportet sæpius  
recurrit ad hunc ignem. Vnde satis &  
melius est, frequenter breues & iacu-  
torias facere orationes cum feruore,  
quàm prolixas & raras, quia plus va-  
let vnum pater noster, recitatum, cum  
deuotione & attentione, quàm plura  
sæpius repetita, sine attentione quia v-  
num attentè dictum causat feruorem  
& spiritum, sed mille etiam sine deuoti-  
one dicta, pariunt fastidium & tædi-  
um. Potest igitur quilibet mone-  
ri, vt in oratione fundenda sit  
frequens & brevis, suffragando ad  
hoc subinde aliquantulum temporis,  
verbi gratia, multi aliquando simul  
laborant, vel inuicem loquuntur.

c 2

hi sæ-



hi sæpius in corde suo, conijcientes oculos mentales in Deum breuiter possunt dicere, Domine Iesu adiuua me, sis mihi propitius, & misericors, & similia alia iaculatoria verba, secundum illuminationem Spiritus sancti. Hoc similiter fieri quoque potest, in mensa, in via & in quouis alio loco, & si cum aliqua dexteritate fieri potest, aliquoties se abstrahat ab illa societate, & conuersione, in qua est & se subducatur in aliquod cubiculum, vel alium locum secretum, fingendo se aliquid aliud sibi facturum, & sic in illo loco breuiter oret, quod si fecerit & sæpius obseruauerit, plus efficiet, quam multi dicant plures psalmos, vel orationes, nulla vel exigua cum attentione. Esto, quod bonum sit, multas recitare orationes & psalmos, nihilominus tamē melius est, animū occupare contemplatione & oratione mentali, quæ cor diuino amore accendit. Si fortassis aliquæ viduæ dicerent, quando vacamus orationi, & contemplationi, non possumus dicere coronam, & alias nostras orationes ordinarias. Ad hoc respondetur, si non sint ex voto vel ex alio præcepto obligatæ ad istas suas orationes, omittant saltem si non possunt



# VIDUITATIS.

8

sunt dicere; quia multò præstantior est oratio ex vi contemplationis facta, quàm sint reliquæ earum orationes, quia hæc propter illas fiunt; longè præterque feliciores earum essent, si non scirent orare, si non mentaliter tantum quia hic orandi modus est perfectus, cum sit angelicus, Quamvis autem hæc orandi forma præscripta, sit approbata, non tamen semper imitanda est; sed hoc factum existimant ad exhortandum imperfectas ad orationem veram, & contemplatiuam. Hinc dicit S. Paulus Apostolus ad Rom. *Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: Nam quid oremus, sicut oportet nescimus: sed ipse Spiritus per gemitibus inenarrabilibus. Quapropter si vel viduæ, vel quævis aliæ personæ velint serio animum applicare ad orationem mentalem, absque dubio Spiritus sanctus sæpè suauissimis modis illas docebit, rectam viam diuini amoris & frequenter sentient illius particularem quandam consolationem, & huiusmodi hominum vita, erit quodammodo tota angelica in terra.*

Rom. 8.

*An sit bonum persuadere viduis, vel martiris ut Deo faciant votum seruandi vidualem castitatem?*

c 3

S. Au.



S. Augustinus in libro ubi tractat de bono Viduitatis, exhortatur viduas ad faciendum Deo votum castitatis Vidualis, & adducens duas rationes dicit.

Prima; Si multæ maritæ statim post coniunctionem matrimonialem suis maritis peregrinè proficiscentibus, & ipsæ quasi ex improviso viduæ factæ exspectando multo tempore reditum maritorum; interea quodammodo cōseruerunt, & redeuntibus maritis, ipsæ (quāuis iam prouectæ ætatis) dignæ fuerunt illos recipere, & denuo acceptare, non senes qua ratione, si sponsi tanto tempore tardent redire, vel mariti peregrinentur, potuit refragari carnalis concupiscentia, ut interea non committeret adulterium, vel aliud aliquod peccatum carnis; quare etiam dico non posse prohiberi, ut hæc, vel illa mulier, quæ se ipsam voto castitatis iam antè obstrinxit, non committat sacrilegium, hoc est non infringat votum Deo factum.

Secunda ratio quæ primam confirmat, est quòd istæ mulieres maiorem concupiscentiæ motum sentiant, quæ sunt absque spe habendi talem voluntatem; illæ autem, quæ iam Deo voto



## VIRGINITATIS. 55

unt castitatem, subtrahunt sese, & vim quodammodo inferunt isti spei, quæ non est nisi fomes amoris: facilius igitur refrænatur concupiscentia, quæ à nulla spe, vel expectatione incitatur vel inflammatur.

Possunt & aliæ adduci rationes ad hoc probandum.

Prima ratio; facere votum castitatis, est opus meritorium, cum sit præstans & excellens quidam actus scilicet religionis: nam hoc modo homo tribuit Deo cultum & honorem debitum, deinde quò actus aliquis singularis à sublimioribus virtutibus procedit, suamque trahit originem, eò etiam excellentior est & magis meritorius. Secundo illa castitas, quæ ex vi & virtute voti servatur, non solum procedat à temperantia, aut à castitate, in se tamen considerata, sed potius ab ipsa religione, quæ virtus & multò sublimior, & inter morales virtutes præclarior, atque cæteris excellentior est, & propterea servare castitatem ex voto, multum Deo placet & maioris est meriti quàm castitatem servare sine voto.



Præterea (vt dicit S. Anselmus) is, qui aliquid facit ex voto, offert Deo cū arbore, & fructus illius simul; hoc est, voluntatem cōm bonis operibus, sed qui tantum bene operatur sine voto, offert Deo fructum solum.

Adhuc qui ex suo aliquid Deo dedicat, magis se diuinæ Maiestati submittit, quàm ille, qui non facit verum. Quare sibi met subtrahere vel adimere libertatem propriam, ea in re, de qua facit, id quæ a Mōre Dei, res est multum excellens & valde meritoria. Hinc Origēnes non tantum hortatur viduas, sed etiam maritatas, promittere seu vouere Deo Castitatem vidualem, ita vt maritatus dicant; si fortassis meum maritum contingeret mori (: quod tamen nec desidero nec opto :) non faciam aliud, quàm vt perseuerem vidua incontaminata, intacta, & absque macula carnali, & hoc Deo promitto. Hoc consilium ille dat maritatis, vt sui boni propositi consequantur meritum, ex Dei promissione, etiam si contingeret illas mori ante suos maritos. Verum quantumuis hæc omnia vera sint, potest tamen opponi in contrarium.

1. Talis est natura & humana inclinatio, vt siâte prohibitione, homo magis accen-



accendatur, & appetat quod sibi est negatum vel prohibitum; quod potissimum in femineo sexu verificatur. Unde communiter dici solet.

*Nititur in vetitum semper cupimusque negata.*

Hinc foeminae post Deo promissam castitatem, acrioribus concupiscentiae stimulis inflammatur, & grauiore patiuntur tentationes: quare periculosum videtur vouere castitatem.

2. Infringere votum, grauissimum est peccatum; & ut dicit S. Thom. grauius, periurio; cum igitur foeminae natura sint mollioris animi, & inconstantes: videtur periculosum satis, promittere castitatem, quamdiu sunt in mundo.

3. Si hoc tandem etiam Apostolus dicit, *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse &c.* Non igitur est illis persuadendum ut perseuerent in castitate, multo minus ut eam Deo promittant.

Ad has autem obiectiones respondendum est sic, & quantum ad primam attinet, dicemus, quod quamuis communiter verum sit, quod foeminae res sibi vetitas & illicitas maxime appetant ac desiderant, stante earum propria peruersitate, seu naturali quadam inclinatione:



natione; Nihilominus, tamen, quando à diuina gratia corroborantur, tantò diligentius sibi à vetito præcauent, quantò magis & illicitum est, & prohibitum. Debent igitur semper implorare diuinum auxilium, ac continuam assistentiam & gratiam S. Spiritus, & hoc potissimum post votum iam emissum. Nam quando S. Augustinus dixit, quòd concupiscentia facilius refranatur, quæ non est inflammata ab vlla spe malæ, statim subiungit, etiam si (nisi per orationem superetur) illicita illa magis ardentè appetantur.

Quoad secundam, dicendum: quòd si Spiritus S. non esset ita pius & clementis, atque adeò inclinatus ad succurrendum humanæ fragilitati & inconstantia, foret res valde periculosa promittere castitatem: Quare etiam nullo modo hoc faciendum est, nisi præuia matura deliberatione, cū quadam fiducia, & inuocatione Sancti Spiritus, nihil sibi præsumendo de proprijs viribus, vel meritis suis. Dicit enim sapiens: *Et ut sciui, quoniam aliter non possem esse continens nisi Deus det.*

*Sapient. 8.*

Ad tertiam respondendum est, quod (quemadmodum Doctores dicunt) Apostolus loquitur isto in loco de viduis vagis



vagis, insolentibus & lasciuis, de quibus etiam eodem in loco dicit; *Cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt, &c.* & certe magis expedit huiusmodi viduis iterum nubere: nam matrimonium non tantum est officium naturæ, sed etiam remedium culpæ.

Postremo quamuis votum castitatis facere, propriè non conveniat nisi viduis matrimonio, vel ad minus carnali copulæ adhuc apris. Nihilominus tamen si viduæ proejectioris ætatis habeant istam intentionem, quod, si essent adhuc iuenculæ, promitterent Deo seruare vidualem castitatem: existimarem, non illas in totum fore defraudandas merito suæ promissionis; sed consecuturas ad minus præmium sui boni effectus. Quare hoc illis consulendum ut prudenti deliberatione, & maturo consilio tale propositum faciant, atque ex intimo cordis affectu doceant, quod dum essent adhuc adolescentiores non promiserint Deo vidualem illam castitatem.



*Quomodo vidua debeat alijs præbere  
bonum exemplum.*

Exempla magis mouent, quā verba; hinc est q̄ ij, qui, quæ docent, non faciunt, nullum inde fructum referant, nam considerantes Auditores, docentem non opere præstare, quod verbis docet, existimant illū non rē dicere, neque rectē docere; sed quod potius sit hæc quædam circumuentio, adeo vt etiam multi inde scandalizentur, atque dicant illi, Medice cura teipsum &c. Certē docere, & non facere, non est aliud, quā contra seipsum ore propriolatam sententiam Domino Deo tradere in manus, & credere; Domine, Ecce ex ore meo iudicabis me; non igitur tam citō paratus sit in alterum dicere qui culpa non caret. Necessē est itaque primū facere & postea docere, idque non verbis, sed exemplis. Quod autem attinet ad viduam (: exceptis ijs quæ iam dicta sunt superius:)

1. Si illa velit esse causa salutis aliorum, idque per bona opera & exempla potissimum hoc necessarium erit, cauere, ne in exterioribus, alijs præbeat occasionem mali exempli, sicut posset esse in opibus & facultatibus terrenis, hoc



# VIDVITATIS.

63

hoc est, ne nimium ad rem suam attendat, & ad corradendas diuitias, vel in retinenda mercede operariorum, vt non ostendat auaritiam in rogandis elemolypis, pro conditione status sui, & facultatum, sed potius declaret se omnino alienam ab hoc vitio.

2. Non quæret gloriā huius mūdi, neq; pro se, neq; pro filiis suis, vel cognatis, sed ostendet cunctis, quod sola Christi gloria sibi semper fixa sit in corde.

3. Vt vel vestitus illius non sit nimis pretiosus aut splendidus, neque etiam nimis abiectus aut vilis, quia vtrumque tendit ad extremum, & apud se generat vanam gloriam, & apud alios contemptum & malum exemplum; sit ergo vestitus mediocris pretij, & ornatus, pro decentia suæ conditionis. Quando autem ad alterum extremorum omnino esset declinandum, potius in hoc casu faciāt hoc quod minus, quā quod maius est, præcipue tamen curantes vt vestitus semper sit honestus, viduæ enim non facile in honestate peccare vel excedere possunt.

4. Necessario ipsi refrigenda est lingua, vt supra dictum est, neque multum conuersationi sit dedita; quia nimia familiaritas parit contemptum.

c 7

lpr



5. Imprimis & ante omnia, debent viduæ sibi in omni loco cauere ab ira; nam persona irata ad instar est bestia; in verbis enim & gestibus suis alijs parant scandalum, & sic perdunt subditorum erga se reuerentiam & obseruatiam, in quibus per hoc causatur aliqua indignatio seu offensio, vnde non correctio aliqua, sed aliquando magnum scandalum sequitur.

6. In omnibus actionibus suis; vidua magnam ostendat sui cordis humilitatem; nam doctrina & correctio, quæ ab animo humili procedit, grata & accepta est; quæ autem ab animo elato & superbo proficiscitur, contemnitur.

7. In Conuersatione sua, sit benigna & mansueta, ac cæteris se conformem reddat, quando hoc fieri absque peccato potest; nam quæ se nimis austeras & ab alijs omnino alienas ostendunt nullum fructum faciunt cum proximo suo. Quæ enim imperfectæ sunt, reputant fieri hoc ex quadam superbia, & quod velint videri sanctæ; Necesse igitur est, vt vidua in omni sua conuersatione, monstret erga personas, quibus cum conuersatur, singularem quandam intimæ Charitatis affectum, & quod continuo flagret desiderio ipsis benefacien-

di,



di, nihil planè ab alijs accipiat, sed potius de suo, aliorum necessitatibus succurrat: In ore teu lingua ipsius semper sint verba dulcia ac molli flua de Deo & rebus diuinis; quia huiusmodi valde alliciunt, & hominum animos trahunt ad Dei amorem. Hæc (& quæ superius dicta sunt) si prius bene obseruauerint, poterunt postea etiam verbis exhortatorijs, alios docere, vt infra dicitur.

*De ipsius viduæ doctrina.*

Quāuis Apostolus prohibeat mulieri, loqui in Ecclesia vel publicè, nihilominus non est ipsi prohibitum in secreto aliquando exhortari, quando ita necessitas postulat, immo est meritorium. Verum est, quòd mulier non debet ad docendum esse nimis prompta, quia magis illi incumbit ex officio tacere, & cum humilitate discere: propriè enim ad illam non spectat munus docendi nisi inferiores, nimirum te filios, & filias, neptes, ac seruas, vel ancillas suas; Sed alios se superiores non docebit, nisi sit requisita & quasi.

*1. Corin. 14.*



quasi coacta etiam si a loquin, valde ef-  
 fect docta & prudēs, ne alijs videatur lo-  
 qui ex vana gloria, vel vt sit reputata  
 inter alias honesta, bene morata atque  
 sanctę vitę. Cū etiam vidua non pos-  
 sit hoc alios docere, quod ipsa non sit,  
 necesse est, vt primum bene sit instru-  
 cta in ijs, quę alios vult docere, & hoc  
 in duobus potissimum: Primò, in via  
 Domini, seu vita spiritali, idque me-  
 diantibus cōfessionibus, lectionibus ce-  
 tiā ac exhortationibus priuatis. Immo  
 & ipsa sua experientia propria, hæc n-  
 omnia ad vitę spiritalis viam requi-  
 runtur, memoria quoque teneat arti-  
 culos fidei, decem præcepta decalogi,  
 & alia bona ac salutifera consilia, quę  
 ab alijs, vel à suo proprio viuendi mo-  
 do, per longam experientiam didicit;  
 hoc enim melius est: nam doctrina,  
 quę ab experientia procedit, multo est  
 efficacior quā illa, quę ex ore aliorum  
 profertur, & maximè quādo in suis pijs  
 orationibus, quasi ex illuminatione, &  
 quadam reuelatione diuina illam ac-  
 quirat, ita vt verba quodam modo pro-  
 cedant ab ipso diuino amore. Oportet  
 tamen diligenter cauere, ne quis nimis  
 tribuat vel credat huiusmodi visioni-  
 bus seu inspirationibus; Dæmon enim  
 mille



mille-artifex est & subtilis, atque plures, hoc modo decipit. Tutius igitur est, huiusmodi visiones quæ alicui in mentem veniunt, confessario suo reuelare.

2. Necessè est ut vidua sit bene instructa circa regimen propriæ domus & in bonis ac probatis moribus, quibus etiâ ipsa debet imbuere, ac instruere totam suâ familiâ. Attamen nō cuilibet viduæ cōuenit hæc docere, quia nō oēs in his satis instructæ sunt, proinde adolescentioribus magis conuenit, ea prius, ad discere, quàm velle alias docere, interim hoc tamen notandum est, quod hîc, non tam intelligantur iuniores ætate, quàm moribus & habitu; quia ut Sapiens dicit, *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis & ætas senectutis vita immaculata.* Hinc quædam viduæ respectu ætatis sunt vetulæ, sed quoad sensus iuniores sunt, his non conuenit docere, vel instruere alias, sed potius discere prius, & maturis sensibus ætatem suam coadæquare; è contrario quædam viduæ ætatis inuitu sunt adolescentiores, canos tamen habent sensus; Et quamuis illa iuuenilis ætas non nihil imminuat auctoritatem; Nihilominus tamen tanta

*Sapient. 4.*



est morum maturitas & grauitas, vt facile ac merito munus docendi subire possint. Illa interim vidua quæ & sensibus & ætate, simul prouectior est, etiã maiori cū fructu alijs prærit. Si igitur vidua his rebus instructa, obseruabit diligenter, id quod sæpius dictum est, instruendo multum proficiet cum alijs.

---

*Quid vidua agendum sit cū filijs suis,  
& alijs.*

1. Vidua habens filios, non carnaliter vel sensualiter, sed bene spiritualiter illos amabit, neque illis optabit bona temporalia, plura quàm ad salutem necessaria sunt, pro statu & conditione sua.

2. Neque sollicita erit nimium, vel se occupabit, vt discescant, vel vt magni fiant in mundo; sed potius vt non offendant Deum, & ne vani sint, vel destituti diuinis spiritualibus, quæ sunt Charitas, gratia Dei, virtutes & dona Spiritus sancti, vna cum bonis operibus & exemplis; debet alios interim frequenter, & feruenter Deo cōmendare, vt illis sit in patrē protectorem, & refugium seu saluatorem, gubernatorem & ducem.

3 Ad-



3. Adhortabitur illos quoque ad pietatis opera & exercitia, ad visitandum Ecclesias, ad frequentandum sanctissima Sacramenta; ubi autem viderit illos offendere Deum corrigat, castiget eos in Charitate, constituendo sibi ante oculos, exemplū deuoræ illius & piæ matris S. Loduici Galliarum regis, quæ illi solebat audacter dicere, fili, optarem te potius mori, quàm vel vnico saltē peccato mortali offendere Deum creatorem tuum.

4. Si habet seruos, vel ancillas, non defraudabit illos, sua mercede, sed promptè & magna cum animi hilaritate illis satis faciet.

5. Et postremò sciatur etiam hoc vidua, quod nimia rerum temporalium sollicitudo, procedit ab amore carnali, & prohibita est à Christo. Graue quoque peccatum est, quod impedit quietem, ac pacem mentis, & cor continuo affligit; generat superfluas occupationes, varias distractiones, & fluctuantes animi cogitationes, neque permittit ut quis orationi vacet, vel cū attentione diuinum officium recitet, impedit quoque piæ & sanctas meditationes, & nō permittit homini requiem, ne dum etiam nocte.

249.



*Quomodo vidua debeat ac possit peruenire ad perfectionem virtutum.*

Cū Dominus ac Saluator noster semper sit paratus, dare gratiam suam & perfectionem omnibus, immo nos praeueniat; restat videre breuiter quid teneatur quilibet facere, & praesertim vidua vt sit perfecta.

*Isai. 1.*

*Jerem. 4.*

1. Mundabit se ab omni inquinamento, & sorde peccati mortalis, praeuia vera ac intima cordis contritione; propterea enim Scriptura sacra tories nos ad hoc exhortatur; dicens. *Lauamini mundum estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, &c. Lava à macula cor tuum iherusalem. vt salua fias.*

2. Cauebit sibi etiam à peccatis venialibus, quae multum impediunt feruorem charitatis, augmentum gratiae, ac in omnibus virtutibus progressum & perfectionem: Ad euitandum autem ista venialia peccata, curandum est imprimis, vt mēs à vanis & inutilibus cogitationibus sit libera; Abstinedū quoque à verbis ociosis ab immodico risu, iocis & alijs similibus nugis, item ab omissione benefaciendi; Verū quia omnia



nia nō possunt euitare, debēt saltē quotidie de flere mala quæ gesserunt, & à Deo precari veniam cum firmo emendationis proposito, nullo autem modo huiusmodi peccato negligenda, vel post tergum reijcienda sunt, ne postea in grauiora incidant, vt passim sacra Scriptura attestatur.

3. Sæpissimè, & valde feruenter diuinum auxilium implorabit, vt pijsimus ac clementissimus Deus dignetur se confortare, illuminare regere, atque defendere suæ diuinæ protectionis scuto, contra omnes insurgentes in se vitiorum motus, vt pote iræ, superbix, impatientix, amaritudinis animi, concupiscentiæ, auaritiæ, inuidiæ, & aliorum vitiorum, ne illis succumbat.

4. Omnia faciat propter amorem Dei, ac pro maiori eius honore & gloria, & ad consequendum æternam salutem, contemnendo omnem humanam laudem, ad quam viduæ solent plerumque esse valde inclinatae.

5. Præcipuè illi pugnandum est fortiori ac ardentiori animo, & conatu contra illa vitia, in quæ se magis pronam atque inclinatam sentit, inuocando ob id semper diuinum auxilium.

Ad



6. Ad minus semel in die colligat se in secreto cordis sui, & conscientiam suam vitæque actiones diligenter examinet in conspectu Dei, considerando & notando defectus suos proprios, de quibus intimè pœniteat cum animo ac proposito eos emendandi, confitendi, & satisfaciendi etiam pro eis.
7. Antequam vesperi incumbat, recogitet prius sollicitè, quomodo illū diem expendit, quid boni omiserit, quid item mali fecerit, & de singulis à Deo suppliciter veniam deprecetur; Si quid boni autem à se factumprehenderit, hoc totum Domino Deo attribuat; malum verò sibi. Ex intimo verò cordis affectu Diuinæ Maiestati etiam gratias agat, pro omnibus sibi collatis beneficijs, item pro singulari gratia & misericordia erga se, & vniuersum mundum; atque ita signo S. crucis munita, commendet se Deo creatori ac Redemptori suo, conceptaque aliqua p̃a meditatione totum num capiat.
8. Si contingat de nocte rursum euigilare, statim orando & meditando mentem in Deum eleuet, & si per vires corporis liceret, posset surgere & ad aliquod temporis spatium preces suas sua-



## VIDUITATIS.

71

fundere. Non enim minus in somno  
atque cibo & potu debet esse tempera-  
ta; quod si fecerit, & ita perseverauerit,  
breui tempore in omni virtutum gene-  
re perfecta erit; & Deus sol iustitiæ ac  
sapientiæ sui diuinis splendoris lumi-  
ne illustrabit, & quā suauissimè inflam-  
mabit cor talis viduæ, eamq; frequen-  
ter non tantum visitabit, ac cœlesti  
quodam gaudio replebit, sed etiam per  
gratiam suam inhabitabit.

### *De Viduarum pudicitia.*

Cum reperiantur aliquando quædam  
viduæ, quæ defunctis maritis suis, se-  
quuntur lasciuiam, & aberrant à via ca-  
statis, abstinentes à nuptiis legitimis,  
non quidem amore castitatis, sed ut eò  
sint liberiores, non erit abs re ( cum  
impudicitia ut notum est omnibus, sit  
per se fœdissima, nephāda, infamis, i-  
gnominiosa, immo omni personæ mo-  
lesta & exosa ) modestè & cum leui-  
tate, ab huiusmodi errore reuocare:  
Quantumuis igitur clarum ac mani-  
festum sit, principalem vidualis  
pudi-



*Timoth. 5.*

*Leuit. 22.*

pudicitiae causam esse mortem; Nihilominus tamen illa occasione, & successu temporis, sit tandem pudicitia voluntaria: hinc est quo recte & merito possit laudari & reputari, quod Virginitati sit proxima, & secundis nuptiis multo excellentior; Cum, (Secundum Apostoli sententiam) Propter quendam vidua officia, vidualis sit: us proximo accedat ad virginitatem, propterea enim dicit, *Et mulier in nupta Et Virgo cogitat quod Domini sunt, ut sit sancta Et corpore Et spiritu* Quamuis enim per primas nuptias laureolam virginitatis amiserit, dotantur tamen corona pudicitiae; quae quantum virginali laureolae cedit, tantum etiam matrimonium praecedit, & tot gradibus maritalis est superior, quot virginibus est inferior: Hinc in Leuitico legitur, *Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his qua Sanctificata sunt, Et de primitiis, non vescetur, si autem vidua vel repudiata, Et absque liberis reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut puella, consueuerat aletur cibis patris sui.* Apud Ethnicos quoque in rebus ad religionem spectantibus, non minor viduarum quam virginum erat respectus & deuotio; Nam sicut Romae cura perpetui ignis conseruandi in honorem Vestae, Virg



Virginibus tantum, sic Athenis, (ubi idem perpetuus ignis ad honorem Pithiæ cōseruabatur) viduas solum similis custodia comissa erat, ad insinuandum, quod ipsi nō minoris aestimarent viduitatem, atque Romani ipsam virginitatem. Hinc est quod S. Paulus, quamuis non prohibeat viduas denuō transire ad secundas nuptias, affirmat tamen feliciores illas, si ita permanserint. Et inter alias causas quas, ad Timotheum scribens indicat; & propter quas illi, Viduas honorare præcipit; una est ista, quod primo marito, suam fidem inremneratam seruauerint. Nam in continentibus relucet studium castitatis, sed in maritatis apparet, vel q̄ etas vel pudor vel ipsa facietas matrimonijs imposuerit finem; & sicut secundæ nuptiæ non carent mugmurationibus, & sua propria infelicitate; sic primæ etiā nuptiæ dignæ sunt venia, & honestatis plenæ, nō tamē ob id improbat matrimonium, quia postponitur continentia. Quis enim non scit quod melius & laudabilius faciat vidua, quæ solum cor suum eleuat in Deum, & res diuinas; quàm illa quæ cogitat quæ mundi sint, & quomodo placeat viro,

d

sicut



1. Cor. 7.

sicut dicit Apostolus. Et sicut dicimus  
illam non peccare, quæ se legitime ma-  
trimonio iungit, ita etiam asseueramus  
illam multo foeliciorem, quæ secundum  
recusat nuptias, ut eò liberiùs ac stric-  
tius possit se Deo coniungere & viuere.

1. Tim. 5.

Et quamuis S. Paulus dixerit. Volo ergo  
iuniores nubere, filios procreare, matres fa-  
milias esse, &c. non tamen discordat ab  
eo, quod iam dictum est superius, per-  
missiuè, hæc est, ad euitandam inconti-  
nentiam: nam propterea immediatè  
subiunxit, nullam occasionem dare adu-  
sario maledicti gratia. Iam enim quidam  
conuersa sunt retrò Satharam; hoc est, con-  
siderant in incontinentiam. Tollatur  
ergo suspicio incontinentiæ, & non  
rit causa cur dicat: Volo ergo iuniores nu-  
bere: affirmando per hoc foeliciores  
men fore, si ita permanserint. Clarum  
igitur est, secundum mentem & doctrinam  
Apostoli; non simpliciter, & omni-  
nino esse bonum ut viduæ ad secundas  
transeant nuptias, si possint se continere,  
sed illis tantum licere permissum  
se ne cadant; quia propter humanam  
fragilitatem, non habent spem casti-  
tati viuendi; Vnde alibi dicit: Quod si non

1. Cor. 7.

continent se nubant. Melius est enim nu-  
bere, quàm vri,



*Exempla æterna memoria digna de  
quibusdam que seruauerunt ve-  
ram viduitatem.*

Secundum Iudicium S. Hieronymi,  
Paulæ illustris fœminæ Romanæ, huius  
vidualis continentiæ, specialis quædã  
laus attribuenda est, ex eo, quod defun-  
cto marito, statim contemptis omni-  
bus huius mundi delitijs, in tanta rerũ  
copia & abundantia, nullius rei maie-  
stem curam habuerit, atque perpetuæ  
continentiæ. Similiter fecit & Blesilla  
eius inclita filia, non minùs eleganti  
forma, quàm virtute prædita, quæ ad-  
huc iuuenclare mansit vidua, & ma-  
tris imitata vestigia, semper coluit con-  
tinentiam. Non minori laude digna  
fuit Melania; Hæc enim necdum se-  
pulto marito, duobus etiam defunctis  
filijs (qui rari ingenij fuerant) cum si-  
mul ante ipsam cum marito portaren-  
tur, subsequeretur sine lachrymis, &  
ex eorum aspectu ita tædio & quodam  
fastidio affecta est; vt statim inciperet  
abhorre à legibus matrimonij, & abs-  
que vlla mora, consecraret seu voveret  
Deo perpetuam vidualem suam conti-  
nentiam.



Neque his inferior existimanda est Euphrasia illa similiter Romana, quæ cum esset adhuc in florida sua ætate formosa nobilis, & diues mortuo marito cõtempnis ac reiectis secundis nuptiis, ad quæ etiam ab ipso imperatore sollicitabatur omnibus suis precibus repulsam dedit, & profecta Thebaidem, ibidem sanctissimè vixit in perpetua viduitate. idem quoque fecit Elisabetha filia Regis Hungaræ, hæc vidua, statim neglectis ac contemptis regalibus delitijs, & aulicæ vitæ superfluitate, succurrendis egenorum & infirmorum necessitatibus totam se tradidit, adeo usque etiam nunquam voluerit permittere, alibi sibi nominari sponsum quàm Christum, quem in istis pauperibus verè agnoscebat. Verùm multò adhuc fœlicius accidit Constantiæ, Constantini imperatoris filiæ, quæ etiam superstiti marito optatissimè continentiæ donum meruit obtinere: cum enim à suis esset in matrimonio collocata Halicano Romani exercitus Duci, cœpit ipsi suadere & persuadere vt fieret Christiana, quo facto, etiam professioni militari renunciauit, & abiecta purpura, amplexu Iesu Christi, vna cum ipsa constanti perperuam castitatem vouit. Neque



Mentio prætereundam arbitror Gal-  
lam illustrem foeminam, filiam Sim-  
machi viri consularis, quæ iuuenula  
adhuc & vidua cum in talem incidisset  
infirmitatem, ut tota fieret scabiosa, &  
medici ipsi prædicerent, quod non libe-  
raretur à tam molesta ac gravi infir-  
mitate nisi denuò nuberet, liberè sper-  
nata est illorum consilium dicens se pa-  
ratam quidvis potius pati, imò quare-  
nus opus se iralle ipsam subire mortem  
quàm iterum iungi matrimonio.

ANNA pariter Romana & singu-  
laris pudicitia foemina, defuncto ma-  
rito quo cum exiguo tempore vixerat,  
propinquis suis suadenibus, & exhor-  
tantibus, ut desposito luctu & mæstima  
iterum nuberet, nunquam assentiri vo-  
luit, quamvis haberet & artem inte-  
gram & faciem decoram atque ita  
coniugio esset apta.

Huius propositi causam rogata re-  
spondit si virum bonum inuenero, ut  
an è habui, nolo timere ne perdam. Si  
malum, quid necesse est, post bonum  
pessimum sustinere: hoc foeminae di-  
ctum est factum sanè sapientissimum,



dignum est, ut ab omnibus viduis am-  
plectatur, & obseruetur, quamuis ho-  
die paucae reperiantur huius sapientiae  
capaces ad euitanda pericula.

Nec minus sapiens responsum fuit  
illud, quod olim dedit deuora & pia  
sancti Ioannis Chrysostomi discipula,  
Olympia Constantinopolitana, vidua  
Nebredij Praefecti, quae cum esset ad-  
monita à Theodosio Imperatore vi-  
terum nubere (non enim mariti con-  
sortio nisi viginti mensium spatio fru-  
i liceret) eo quod adhuc esset etate flo-  
rida, nobilis, diues, ingenio atque do-  
ctrina non minus, quàm pulchritudi-  
ne excellens, haec respondit: Si meus  
Rex, alteri me vellet iungere matrimo-  
nio, non tam citò mihi sustulisset ma-  
ritum, cuius coniunctio tanroperè illi  
placuit; sed quia cognouit me isti viri  
generi minus aptam, & quod forsan  
eade causa marito quoque non mul-  
tò placuerim, propterea citò ab isto  
seruitutis vinculo me absoluit atque li-  
berauit; donans menti meae suae con-  
tinentiae iugum: consilium hoc sanè  
saluberrimum, & dignum ut ab omni-  
bus Christianis, praesertim mulieribus  
singulis.



singulariter notetur; Et quid mirum est, si hæc viduitas ipsi naturæ se conformet? cum etiam in avibus ipsa natura, ita abhorreat à noua coniunctione? De turture enim legitur, quod dū. Patrem suum suum perdit, alterius copulam ulterius non requirit; sed solitaria semper incedit, & memor perditæ societatis semper gemit.



QUANTO IN HONORE  
*apud Romanos & Iudæos semper fuit  
 vidualis castitas.*

**N**emini mirum videri debet, si tantoperè commendetur & extollatur viduas mulierum Christianorum, cum apud Ethnicos, etiam, & maximè ROMANOS tanto in honore habitæ sint viduæ, vt vita defunctas ornauerint coronâ pudicitia quâ sic redimitæ quasi triumphantes, magna pompa in publicum efferebantur. Adhuc aliâ honore speciem ROMANI attribuebant pudicitia



dicitiæ viduali, nēpe tēpore nuptiarū,  
 nō permittebant, q̄ noua sponsa ab vl-  
 la alia tangeretur, nisi ab illis solis mu-  
 lieribus quæ vnus tantum mariti fuis-  
 sent vxores, volentes vt illa procul sta-  
 ret à spōsa quæ pluries nupta viro fuis-  
 set, tanquam impura immunda, pro-  
 phana, & quasi aliquid mali augurij  
 foelicibus nuptijs apportans. Conside-  
 rabant enim antiqui isti sapientes, ista-  
 rum matronarum animum esse incor-  
 ruptum, quæ semel amissa virginitate  
 nolebant amplius prodire in publicū,  
 & mœrito, cū pluralitas minaque  
 iterati matrimonij frequentatio, sit  
 ceptum & euidentis intemperantiæ si-  
 gnu. Hinc pudissima illa puella, quæ  
 cū audiret à quodā vehemēter com-  
 mendari, mores cuiusdam illustis ma-  
 tronæ, quæ secundas tantū nuptias  
 celebrarat, ita respondit: prudens & pu-  
 dica mulier, non nisi semel tantū  
 maritum accipit, præclarum dictum,  
 & dignum Maioris Catonis filia; unde  
 non mirum est, si Cornelia filia Afri-  
 cani & vxor Tyberij Gracchi, vidua, re-  
 cularit nuptias Regis Ptolomæi, quam-  
 vis illi promitteret multa & magna.



Verum aliquid maiori admiratione dignum videri potest in veteri testamento, in quo, etsi sterilitas esset abominabilis & detestata, magnopere tamen commendata fuit viduitas, vti legitur de Iudith: *Et confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris. Et post virum tuum alterum nescieris, in eo quod manus Domini confortauit te, Et ideo eris benedicta in aeternum.*

Hæc vidua sanè, re ipsa & experientia propria didicit quod pudica & prudens matrona non opus habeat, neque indigeat marito, ad corrigendam familiam, cum ipsa intrepidè descenderet & ingrederetur castra inimicorū, ubi postea manibus proprijs, abscisso capite Holofernis, non tantum familiam suam, sed & totam patriam, vna cum ciuitate à tam graui & longa obsidione qua oppressa erat, liberauit, & hoc, quod totus populus longo tempore præstare non potuit, hoc ipsa sola, vna nocte, industria prudentia, studio, & gladio suo egregè præstitit. Neque minus digne celebranda fuit pudicitia illius honestæ viduæ Sareptanæ cui nunquam in tanta annonæ caritate defuit, aut farina, aut oleum, donec tan-

d s dem



dem ex mandato Domini ab Helia sustentata reddidit terræ siccae desideratam pluuiam, unde statim subsequetur copiosissima & abundantissima messis, & omnibus agris reddita fuit pristina fertilitas.

### QVOMODO INTER OMNIA

*alia, frequentia SS. Sacramentorum sit  
valde conueniens & necessaria  
vidua verè pia ac deuota.*

**V**Num præ cæteris omnibus viduæ maximè necessarium, quæ desiderat placere domino DEO, est frequens ac deuotus sanctissimorum Sacramentorum vltus; & quamuis hoc per se satis sit clarum & indubitatum, nihilominus tamen multis etiam perspicuis rationibus, id sat superque probari potest.

1. Si enim vera vidua pro sponso suo accepit CHRISTVM IESVM, nunquid conueniens est, vt sæpè ad ipsum accedat? frequenter communice? & sic sæpius eò fruatur?

2. DEVS singularis factus est, &

vult



vult esse semper pater viduarum, quare igitur ad ipsum, tanquam patrem suum, pia ac deuota vidua nō sēpius confugeret, ipsumque in sanctissimo Sacramento frequenter reciperet?

3. Plerumque vidua solet esset desolata & afflicta; Sēpē igitur recurrēdum illi erit ad consolatorem suum IESUM CHRISTUM, & hoc fit, in sanctissimo Sacramento, quia dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, sicut accidit filio prodigo.* Matth. 2.

4. Vidua supra modum opus habet, vera & singulari quadam castitate, quā nemo illi, nisi solus Deus donare potest; Sicut S. Scriptura dicit: sed quo medio facilius & efficacius hoc consequi poterit? nisi per hęc sanctissima Sacramenta? prout hoc satis quotidiana experientia docet, & sancti Patres quoque attestantur. Vnde enim hoc viduis in primitiua Ecclesia, quod ad id essent castę, sanctę, pię, & deuotę, adeo non curarent, immo etiam contemnerent omnem huius mundi vanitatem; nisi quia erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, ut acta Apostolorum referunt. Cap. 2.

d e Cum



Cum viduæ, maxime iuniori, cōueniat aspernari omnes huius seculi delicias, illecebras, & vanitates, necesse est ut valido quoque robore ad hoc confortetur; Quod potissimum fit, in hoc sanctissimo altaris Sacramento, in quo Deus illi præbet delicias delicatissimas, & potum illius aque quam dedit Samaritana, quæ sicut verè extinguit sitim rerum temporalium, ita cœlestium caussat & accendit, quod ipsamet experientia euidenter probat.

6. Dicit S. Paulus; *Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deo &c.* Qualem autem maiorem fiduciam & spem habere potest, in suam Diuinam Maiestatem, quàm videre, se sepius visitari, frui sua reali præsentia, & ipsemet suo sacratissimo corpore pasci.

Luc. 2.

7. Debet vidua valde dedita esse ieiunijs & carnis mortificationi, atque continuo orationi vacare, sicut dicit S. Paulus, & Euangelium de Anna vidua, quæ non discedebat de templo, ieiunijs, & orationibus seruens nocte ac die. Sed quis melius & efficacius consequetur hæc omnia, quàm qui sepius



pius accedit ad ipsum auctorem & fontem omnis boni? Quis frequentius ieiunat? quis magis querit mortificare suas passiones, & carnem? quis sapius frequentat Ecclesias? & orationi quotidie vacat? nisi illa persona, quæ semper frequentat Sacramenta?

*Quid dei eas facere qua verè vult esse  
vidua, & frequentare sancta  
Sacramenta.*

Debet imprimis omnem adhibere diligentiam in electione alicuius discreti & approbati Confessarij, hoc est medici animæ suæ, qui habeat doctes & qualitates necessarias; Vt potè scientiam, experientiam, bonitatem viræ, & zelum animarum, cui per generalem totius antea actæ viræ confessionem, omnia sua interitica possit explicare seque & animam suam in illius manu & arbitrio ponere cum plena submissione, toties confiteri & communicare, quoties & quando ipsi ita videbitur expedire, semper sincerè & candidè, ostendens illi apertam suam cōscientiā, & non tantum de peccatis, sed etiam de bonis.



bonis operibus exactam ei reddenda-  
tionem sæpè enim bona etiam opera,  
non benè non rectè nec ritè fiunt: non  
fidat nimium suæ prudentiæ, non suo  
proprio flet iudicio vel arbitrio nita-  
tur; sed semper se promptam exhibeat,  
ad obediendum Confessario suo in  
omnibus rebus spectantibus ad animã,  
& eius salutem; talis enim generalis  
Confessio, tanta synceritate, humilita-  
te atque animi obedientis propriitudine  
facta, est firmum ac solidum totius spi-  
ritualis vitæ fundamentum, & princi-  
pium spei perueniendi ad magnam per-  
fectionem, gratia & diuino auxilio cõ-  
currente.

---

*Cur bonum sit generalium instituere confe-  
sionem, & quanam eius  
utilitas.*

Quantumuis qui integrè confessus  
est, & nullum ex pudore, vel malitia o-  
misit peccatum, non amplius oblige-  
tur confiteri peccata semel confessã,  
nihilominus etsi non sit necessitatis,  
maximæ tamen utilitatis est, genera-  
lem aliquando instituere confessionem,  
ex qua, etiã inter multa alia hæc sequi-  
tur commoda.

1. Præteritarum confessionum, quæ ali-  
qua-



VIDUITATIS. 85

quando minus debet, vel sine diligenti examine & preparatione facte sunt, vel quasi ex quadam consuetudine fiunt, suppleantur defectus.

2. Tolluntur multi scrupuli sapissimè, si quis hæc vel illud peccatum confessus fuerit vel non.

3. Præcipiuntur etiam multæ occasiones Diabolo, affligendi hominem in conscientia, maxime in articulo mortis constitutum.

4. Causat homini magnam lætitiā quod ipsa experientia probat, nā quanto magis homo abnegat se, suamque propriam voluntatem idque propter Deum, tantò maiorem etiam internam sentit consolationem. Hinc ut plura inuenerit, ut qui ad generalē se præparat confessionē, sentiat multas & magnas difficultates ad instar mulieris parturientis; *Mulier enim dum parit tristitiā habet quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, hoc dicit Euangelium.* 10. Ibid.

5. Acquirat sibi incredibile moeritū, propter maiorem dolorē quē habet de peccatis præteritis & de malitia antea & vitæ: Hac etiā ratione cognoscit seu exploratā multò melius habet naturā.



suam, quam prius & ipsam malitiā seu  
malignitatem peccati, similiter & hoc  
modo agnoscit quoque diuitias boni-  
tatis patientiæ & longanimitatis Dei.  
Quia homo per talem confes-  
sionem mirabiliter se disponit ad multo  
dignius recipiendam sanctissimam Eu-  
charistiam quæ plurimum hominem  
iuuat & corroborat, ad fugiendū pec-  
catum ad conseruandam & augendam  
gratiam acceptam.

*Signa aliquot ex quibus vidua facile co-  
gnoscere poterit, utrum aliquem fructum  
& progressum faciat in perceptione  
Sacramentorum, & vita  
spirituali.*

Per se non facile cognoscet homo,  
an fructum vel progressum aliquem faci-  
at vel non, in frequentatione sacramen-  
torum, tum quia Deus illi aliquando  
non permittit ut hoc agnoscat. Subinde  
enim valde bonos & iustos ita suspen-  
sos & afflictos habet, & quasi in conti-  
nuis tentationibus & obscuritatibus  
mentis detinet. Nam boni non quid  
habeant, sed quid illis desit, adhuc re-  
spiciunt, & considerant, tum etiam quia  
semper habent ante oculos peccata sua,  
defectus



defectus, & imperfectiones quib' quotidie inuoluuntur, & facile incidunt in huiusmodi, etiam aliquando, cum bene operantur & sanctè. Hinc est, quod se reputent seruos inutiles, & non sanctos, vel iustos, & hoc totum est singulare donum Dei, qui dat Thesaurum & modum etiam abscondendi eum, & hoc est certum & euidentis signum veri fructus horum Sacramentorum. Vnde bonum est, ut se permittat regi & dirigat a suo Cōfessario, in omniō & per omnia. Nihilomin' ponētur aliquot signa per quæ facile potest, qui Sacramenta frequentat videre & cognoscere num inde capiat fructum, & sic debeat excitari, sibi que addere animū ad ea frequentandum feruentius.

1. Signum est quando in se sentit incredibile quoddam odium contra peccatum mortale, & quanto maius hoc odium erit, eò etiam maior fructus cēfendus est.

2. Si magnam ac singularem adhibet diligentiam, vitandi omnem occasionem peccati, quod intelligendum est de fugiendis locis periculosis, & prauis conuersationibus, atque similibus.

3. Quando sentit se abhorrere & fugere quantum fieri potest, etiam peccata.



cat: venialia, quātumuis minima erūt.  
Nam hæc quoq; coram Deo cui valde  
displicent magna sunt.

4. Quando in omnibus actionibus suis  
valde timet, ne proximo suo præbe-  
at occasionem scandali.

5. Si odio habet, quod prius amabat,  
& nūc amat quod antea odio habebat.

6. Quando: ( si est persona alicuius  
existimationis & dignitatis ) libenter  
videt, loquitur, & cōuersatur cum pau-  
peribus, & eos, qui sunt infimæ condi-  
tionis, & tamen interim bene viuunt  
& operantur, n. agni facit, ac se melio-  
res & maiores reputat.

7. Si sentit in se desiderium reuocan-  
di se, potius reformat omnes suos  
sensus ac sensualitates.

8. Si refrænât suam linguam, & non  
malè loquitur vt prius.

9. Quando se videt mutatum in mul-  
tis quæ antè faciebat.

10. Si agnoscit se magis patientem  
in rebus aduersis & tribulationibus suis  
& illas de manu Domini accipit.

11. Si quotidie examinat conscien-  
tiam suam, & sæpius propositum re-  
nouat.

Quar-



12. Quando sentit Spiritualem gustum in reprehendendo seipsam semper & laudando alios.

13. Cum de se ipsa abiectè & humiliter; de alijs verò e contra bene sentit; quod antè facere non solebat.

14. Quando se in omnibus rebus libenter conformat diuinæ Voluntari.

15. Cum de salute animarum magnè sentit desiderium & gaudium.

16. Quando ægerrimè fert magnamque duplicentiam habet de Dei offensionibus.

17. Bonum signum etiam fructus Sacramenti est fames & desiderium ipsius Sacramenti, vel si non habeat ad minus desideret habere vel doleat, quòd in ferale desiderium nò sentiat; Neq; ob id occurrat frequentare Sacramentū, quia talis dolor, & desiderium sunt huius Sacramenti fructus.

18. Bonum quoque signum est, quando persona sentit desiderium maioris gratiæ attestante S. Bernardo: Nullum certius & euidentius signum esse ipsius Spiritus sancti præsentia, atque desiderium maioris gratiæ.

19. Et à hoc nò minus bonū signum est, quando quis sentit valde mitigari

in



in se malas inclinationes, & prauos habitus, ita vt non amplius in ipso adeo prædominetur iracundia, & similes animi passionēs, in quas se tamen subinde incidit, vehementer doleat & poeniteat, & sua sponte aliquā sibi subiungat poenitentiam.

20. In dieum quoque boni fructus est si quis se sentiat trahi ad orationem, & sæpius mentem in Deum eleuet, quem omni tempore & loco inuenit.

21. Si fuerit etiam quis abstractus ab amore inordinato, creaturarum & rerum terrenarum.

22. Cū animaduenerit se incidisse in aliquē errorem vel defectum, & de hoc statim doluerit, & eniamque perierit à Deo bonum signum est.

23. Si redeat sæpius ad cor suum, & sentiat frequenter conuulsionem aliquam, & introseat, ut quis aliunde subintrat alius, quàm diuinus amor.

24. Certum & mirabile signum est hoc boni fructus, illatas iniurias libenter ignoscere, orare pro ijs qui offenderunt, & sic reddere bonum pro malo.

25. Si continuo zelo perpetuam suæ castitatis & puritatis curam habeat, unde nulli vnquam se nimium confidat, sed omni loco & tempore, etiam cum

qua



quacunque persona circumspicere semper agat, & aduigilet.

26. Si cum suis domesticis non amplius ita contedit, ut solet, sed benignius, & sine verbis iniurijs cum illis agit; quærens potius placidis verbis & exemplo bono, illos continere in officio, vel ad rectam & bonam viam reducere.

27. Quando libenter & patienter acceptat aliorum reprehensiones & correctiones, & libens audit, si sibi dicatur veritas.

28. Et hoc signum boni fructus est, si se ostendat promptum, ad humiliationem, & res abiectas seu infimas.

29. Quando de omnibus alijs bene de se autem sola male cogitat & sentit; item si alienis, miseris compatitur.

30. Si etiam cor suum circumdat, & omnes superfluitates resecet, similiter linguam, sensus & alia huiusmodi.

31. Si persona ad carnis mortificationem est inclinata, neque illi nimium, ut solet, indulget.

32. Quando libenter loquitur & audit de Deo & de rebus divinis.

33. Si frequenter meditatur passionem Domini, cum gratiarum actione pro tanto beneficio.



34. Si ad frequentationē Sacramentorum habeat desiderium, si gaudeat, si exhorretur alios.

35. Cum propter humanos respectus non cessat vel omittit benefacere immo huiusmodi respectus parvipendit.

36. Quando in se & in alijs quoque sentit singulare gloriæ Dei desiderium.

37. Si B. Mariæ virgini, alijsque sanctis magis sit deuota, quam ante solet esse, libenter quoque & sæpius recitat Litanias,

38. Quando plus solito orat pro animabus in Purgatorio existentibus applicando Indulgentias &c.

39. Si considerando vitam suam anteactam, & post frequentationem Sacramentorum, reperit mutationem in melius.

Nota Si alicui videatur, quod ex frequentatione Sacramentorum non capiat fructum vel progressum, & cognoscat tamen, quod non continuando, deficiat, vel per impatientiam, vel per languorem seu tepiditatem in orationibus, immo quod sit facilior ad immodicos risus, ad verba vana & ociosa, negligentior, ad custodiā sui ipsius, quando, inquam, in vno, vel in altero ho.



## VIDUITATIS.

92

horū aduertit le declinare in deterius,  
non frequentando Sacramenta, nō de-  
bet illa omittere, cū non minus ne-  
cessaria sit medicina, quæ ab infirmita-  
te corpus præseruat, atq; illa quæ sani-  
tatē cōseruati corroborat, & accrescit;  
Hoc ipsū redundat ad magnā consola-  
tionem illius, qui non satis clarē per-  
spectos sibi habet fructus Sacramenti,  
hic enim non solum reputat progres-  
sum, quando proficit, sed etiam quan-  
do non deficit, vel retro creditur.

*Quomodo vidua quæ cupit frequentare  
Sacramenta: & viuere uti conuenit, debet  
habere in odio peccatum mortale, &  
cognoscere eius malignita-  
tem.*

Vidua quæ cupit facere progres-  
sū & fructū in via Domini; imprimis & ante  
omnia, necesse est, ut iaciat sibi pro so-  
lido fundamēto firmum hoc proposi-  
tum, nempe malle potius mori, quàm  
committere peccatum mortale, & ut  
illud uti par est in odio habeat, non mi-  
nus vtile, quàm necessarium est, sæ-  
pè considerare mala, quæ peccatum  
hoc



hoc mortale causet, & odium incredibile quo Deus illud prosequitur; hoc enim tale ac tantum est, ut qui bene cognosceret, plus horroris & tremoris ex sola illius nominatione conciperet & sentiret, quam si vel fulgura, seu tonitrua, vel aliquem terræ motum audiret, & est adeo quoque foedum, ut si illius foeditas ac turpitudine posset videri, potius quis eligere seipsum conijcere in ardentissimi ignis fornacem, unde nunquam posset exire, quam videre turpitudinem ipsius peccati, ut in se est, quemadmodum quædam sancta dixit: unde bonum erit, frequenter considerare mala, quæ per peccata mortalia causantur.

---

*Peccati mortalis quæ mala.*

Dicit S. Chrysostomus nullum damnum recuperari vel restaurari dolore, nisi illud tantum quod per peccatum causatur: Bene igitur considerandum, quid homo per peccatum mortale perdat.

I. Perdit gratiā S. Spiritus, quæ maior est omni dono, quod Deus in hoc mundo alicui creaturæ concedit. Si autem



VIDUITATIS.

95

tem tantopere dolemus quando exci-  
dimus gratia alicuius Principis, quid  
erit de gratia Dei?

2. Facit perdere amorem Dei, qui à  
gratia procedit; Videtur tibi forsã exi-  
gua hæc iactura?

3. Priuat hominem virtutibus infu-  
sis, & donis Spiritus sancti, quibus mu-  
niti, fortes eramus contra inimicos  
nostros, sine illis enim sumus ad instar *iudic. 19.*  
Sampsonis in manu Phylistinorum.  
abrasis crinibus.

4. Perdimus ius nostrum celestis  
Hæreditatis, ad quam non habemus  
amplius prætensionem.

5. Amitimus quoque spiritum ad-  
optionis per quem filij Dei sumus, &  
clamamus Abba Pater.

6. Priuamur etiam paterna Dei pro-  
videntia, qua ipse gubernat suauiter o-  
mnes in gratia constitutos quibus om-  
nia cooperantur in bonum.

7. Facimus etiam iacturam pacis &  
serenitatis consciencie nostre, quam tol-  
lit peccatum mortale.

8. Priuat nos consolationibus Spiri-  
tus sancti, & omnibus meritis bono-  
rum operum, quæ quis toto vitæ suæ  
tempore fecit.

9. Priuat participatione bonorum  
c ope



operum quæ in Ecclesia Dei fiunt quibus non gaudent amplius ut antea.

10. Facit etiam nos perdere merita passionis Domini, cuius pretiosissimus sanguis, in vanum & frustra pro illo effusus, qui existit in peccato mortali, is enim ut dicit S. Paulus quantum in se est, Christum denuò crucifigit.

11. Perdimus quoque omnia opera bona, quæ facimus, utpote, orationes, ieiunia, elemosynas, & quoduis aliud bonum opus, in peccato mortali factum, ista omnia nihil iuuant ad vitam æternam promerendam, quamuis valere possint ad alia quædam nempe ut disponant hominem ad contritionem, vel ad consequenda bona temporalia sanitatem, & alia huiusmodi similia.

12. Priuat nos sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, cuius iactura tanta est, ut si quis eam bene sibi perspectam & cognitam haberet solummodo hanc, tota vita sua flendo, non possit satis plangere.

13. Non tantum dum homo existit in peccato mortali, non potest gustare hoc Sacramentum (immo quo magis peccat, eo longius ab eo recedit) sed etiam quando rediit ad penitentiam, hoc opus, hic labor est ut gustet, considerata enim nimis



ma peccatorū suorum multitudine, & propria sua indignitate cum tergiuersione remanet suspensus.

14. Vnum peccatū mortale, trahit alterū, & sic paulatim homo accumulatur multa; hinc sequuntur mali habitus, qui postea caussant multū sudoris etiam ijs qui ad cor conuertuntur, & seriò redeunt ad poenitentiam.

15. Peccatum mortale facit hominē lucrari, seu promereri infernum, deleri ex libro vitæ, ex filio Dei seruum Diaboli, ex templo Sanctissime Trinitatis, nidum serpentum. Ex sponsa Christi, adulterum sathanæ, ex domo Dei speluncā latronum, ex vase electionis vas corruptionis, ex cubili spiritus sancti, volutabrū porcorum, ex fratre vel sorore Angelorum, Socium Dæmonum, ex columba volante ad cælum, colubum reptantium in terra. Postremò Deum maxima afficit iniuria, caussat enim vt breue aliquod & momentaneū gaudium, inane ac prauum desiderium, vel alioquin inordinatus aliquis appetitus præponatur suæ Diuinæ Maiestati ( & sic Barrabas Christo; tollit enim coronam, quæ Deo tantam ultimo fini debetur, & dat



eam suæ delectioni, quod est auferre coronam à Creatore & dare creaturæ, quæ est horrenda res.

*De odio contra peccatum mortale.*

Dicit Doct. quidā Catholicus, si omnes intellectus fierent vnus, & omnes linguæ coalescerent in vnā, non possent neque comprehendere, neque satis dicere vel explicare odium, quod Deus habet contra peccatum mortale; quod sic probari potest.

1. Quod quis est melior eò magis amat bonum, & odio habet malum: sed Deus infinitæ est bonitatis, infinitè igitur odio habet peccatum.

2. Deus odit peccatum, tanto, quanto odio dignum est, secundum proportionem suæ malitiæ, quæ est infinita, cum sit contra Deum, qui est infinitæ Maiestatis, infinitè igitur odit.

3. Cum Deus sit infinitæ dignitatis, & peccatum è contra sit infiniti ponderis seu malignitatis, infinito etiā odio dignum est.

4. Deus tantopere illud odit, ut propter peccatum non pepercerit etiam proprio filio suo, quia eum pro nobis tradere, & infinito precio sui pretiosissimi sanguinis nos redimeret à peccato,



# VIDUITATIS.

99

ato, hoc satis ostēdit ipsius infinitum  
odium contra peccatum.

Illud quoque odium sat superque  
probatur, per flagellum vniuersalis di-  
luuij, per ignem, quem pluit super So-  
domam, per gulam Adami, & Euz, per  
adulterium Davidis, per superbiam, &  
lapsum angelorum, per inobedientiam  
Saulis, Ananiæ & Saphiræ; Item Iudæ,  
Nabuchdonosor, & ipsius populi Dei,  
de quo ex sexcentis millibus, duo tan-  
tum ingressi sunt terram promissionis,  
ex his nunc iudica, an ille aliquid cere-  
bri habeat, qui tam facile ac leuiter cō-  
mittit peccatum mortale.

Quis considerando prædicta aude-  
bit vnquam committere peccatum  
mortale? Quis volet lentis edulio vt E-  
sau, hoc est pro momentanea aliqua, &  
vilissima delectatione, vendere primo-  
genita sua? id est, cælestem patriam & se  
perpetuis inferni pœnis ac cruciatibus  
obligare?

Quis intelligens Dei tantum odium  
contra peccatum, vel ad momentum  
in eo perseuerare audeat, cum habeat  
pro aduersario tam potentem & iu-  
stum dominum?

Quis in peccato sibi promittet pa-  
cem, si Deus auctor pacis, contra illud  
c 3 tantum



tantum odium habet, vt propterea in  
mortem traderet filium suum pro-  
prium.

Quis peccatum aliquod commit-  
tens mortale, adeo Deo abominabile &  
ipsius filij morte magis odiosū nō cō-  
tremiscat sēper? Quis in illo existēs, vel  
māducare, vel dormire, vel videre pote-  
rit? Pia igitur ac deuota vidua, posset &  
deberet sapius renouare suum profirū,  
& eligere pōius mori, quā vel vnum  
peccatum mortale committere, idque  
precibus à Deo enixè efflagitare, vt po-  
tius sibi in mortis, quā in illius pec-  
cati periculum vel discrimen incidere  
permittat. Idem filijs suis (si quos ha-  
beret) optabit, sicut quotidie faciebat  
mater S. Ludouici; vnum itaq; ex mul-  
tis, quæ vidua ad vnguem seruare ten-  
netur, est hoc, quod iam de peccato  
huc vsque dictum est; Hanc enim do-  
ctrinam non suo tantum cordi, sed &  
filiorum Domesticorum, & omnium  
aliorum mentibus semper inculcareat,  
que imprimere conabitur, pro-  
pter multa bona quæ inde se-  
quuntur, prout ex se-  
quentibus clarius  
glucet.



*Bona seu utilitates aliquot quae ex  
consideratione peccati se-  
quuntur.*

Hæc consideratio causabit odium,  
fugam, abominationem, ac detestatio-  
nem peccati.

2. Tolle omnes illius occasiones, vt  
pote loca, conuersationes & similia.

3. Nocte dieque omni loco & tempo-  
re, erit in continuo timore ac metu.

4. Conseruabat se in Gratia Dei sem-  
per.

5. Semper paratus erit ad mortem.  
hæc est enim illa vigilantia, ad quam  
Christus nos in Euangelio toties exci-  
tat.

6. Dispositus quoque semper erit ad  
sacram communionem.

7. Sæpè orabit & se humiliter Deo  
commendabit.

8. Frequenter confitebitur & com-  
municabit, & continuo contra peccatū  
oportuna ac necessaria etiam præserua-  
tiui remedia applicabit.

9. Omnia sua opera faciet in gra-  
tiam Dei.

10. Non curabit respectus humanos.

11. Vitabit quoque & odio habebit e-  
tiam peccata venialia.



12. Abnegabit propriam suam voluntatem, sine qua non potest committere peccatum mortale.

13. Semper erit in Paradiso, quia Deum semper secum habebit.

14. Non timebit mundum nec quidquam in eo, & fortis erit vt Leo.

15. Capax erit ad gustandum res diuinas.

*Vidua, qua cupit ex perceptione Sacramentorum sentire gustum, debet etiam venialia peccata fugere vt pestem.*

Si vidua cum fructu cupit gustare Sanctissima Sacramenta, omnino necesse erit, vt fugiat non aliter atque mortem, etiam ipsa peccata venialia, quod faciet, si frequenter & diligenter ruminabit mala ipsius peccati venialis, quæ infra ponentur, & sedulo rogabit Deum, vt sibi aperiat oculos ad cognoscendum ea bene.

Resp. Sūt quædā personæ quæ habēt quiddē in odio peccatū mortale, & propositū non cōmittendi illud, sed parū interim curant peccatū veniale, & quādo illis aliquid hoc nomine aliquando obijcitur, q̄ hoc vel illud sit peccatū, quærent statim si est mortale aut veniale.



veniale, intelligentes autem esse veniale  
rident, & nihil aut parum curant, tales  
tamen personæ valde miserè decipi-  
untur, & sunt ad instar alicuius serui,  
qui non vult obedire domino suo, si  
contra ipsum non prius euaginet gla-  
dium, & sicut mulier, quæ (excepto eo  
quod honorem suum tangit:) parum  
curat si in alijs marito suo displiceat,  
verum quantum decipiantur apparebit  
ex ijs quæ infra dicentur. Ad intelligē-  
dum igitur quod inferius dicetur nem-  
pe, quod lex duobus, vel altero modo  
venialia peccata committuntur, aut  
per fragilitatem, ignorantiam, vel in-  
animaduertentiam, & de his potest in-  
telligi scriptura quæ dicit Septies in die  
cadit iustus & refurgit, vel quando sci-  
enter peccat, quemadmodum si quis  
dicat mendacium sine alterius damno,  
quod est peccatum veniale, & de hac  
vel simili venialium peccatorum  
specie intelligenda sunt om-  
nia quæ inferius di-  
centur.

e. 5.

Qua-



*Questio in qua explicatur quàm grane sit peccatum veniale.*

Quæritur an aliquis, vt lucretur vel saluet totum mundum possit licitè saltem committere vnum peccatum veniale? Respondetur quod sit cõmunis opinio S. Thomæ & omnium aliorum Doctorum, & si totus mundus incendio conflagraret, a quo omnes damnandi essent, & quis dicendo vel vnũ mendacium, posset adhibere remedium atque impedire, potius deberet permittere vt mundus periret quàm mentiri.

1. Quia (vt dicit S. Paulus) *non facimus mala vt veniant bona.*

2. Dicit Euangelista: *quid prodest homini si totum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur?* Sed peccando etiam venialiter magnum inferendum animæ suæ, ergo etiam pro toto mundo non debet hoc facere.

3. Quia noster finis est videre Deum; nullo igitur modo etiam propter totum mundum est faciendum malum, quod nos possit retardare ab illo fine, sed peccatum veniale retardat; ergo pro toto mundo non est faciendum.

Ne.



4. Neque pro toto mundo, neque pro infinitis si essent, debemus Deo dare vel minimam occasionem, vel vllā offensionem, sed peccatum veniale est culpa quæ Deo valde displicet, & sic cū grauius offendit; ergo nullo modo committendum.

5. Nemo debet etiam si possit totum mundum saluare, vel minimum damnum inferre animæ suæ, quia tenetur seipsum plus amare, quā Mundum, & peccatum veniale plurima damna adfert animæ; igitur non faciendum. Quædā autem magis principalia damna hic subiunguntur.

---

*Recensentur aliquot damna quæ per veniale peccatum causantur.*

1. Obligat ad poenam, vel in hoc mundo, vel in purgatorio, vnde quamdiu homo non est omnino purgatus, impeditur à visione Dei.
  2. Maculat & contaminat animam, tollendo illi candorem suum & vt S. Gregorius dicit, peccatum mortale obtenebrat animam, veniale verò obscurat eam.
  3. Diminuit feruorē Charitatis, sicut aqua extinguit flammam ignis, qui fer
- e 6. uor



uor æstimandus est pretiosissimus, etiam proprio sanguine comparandus.

4. Defatigat etiam potentias animæ, quemadmodum onus graue defatigat equum.

5. Retardat gloriam, ut dictum est, & diminuit illius augmentum quia dum quis peccat venialiter, posset aliquid boni facere, & sic sibi maiorem acquireret gloriam.

6. Disponit ad peccatum mortale; sicut scintilla paulatim causat magnum incendium.

7. Multum impedit hominem, ut non perfecte faciat voluntatem Dei.

8. Reddit animam debilem ac infirmam; unde peccata venialia sunt, sicut in corpore humano quædam vulnera leuiora, quæ magnam homini pariunt molestiam & impedimentum.

9. Præbet quoque deuotioni maximum impedimentum, quam Deus concedit non nisi hominibus valde puris & mundis, etiam impedit eleuationem mentis in Deum, & orationem mentalem, sicut enim avis, cui alæ resectæ, in inferioribus hæret, & nonnihil cantillat, & montium cacumina attingere nequit: ita quoque huiusmodi ani-

ma.



ma à terrenis ad superna euolare vix potest.

10. Multis modis etiam impedit hominem, ne faciat progressum in vita spirituali, ut iam dictum est superius. Nam qui paruipendit peccatum veniale, non habet perfectum Dei timorem, qui singulorum etiam minorum diligentem rationem exigit; & S. Scriptura dicit: Quod domus, hoc est, anima illius, qui non semper & continuo præ oculis habet timorem Dei, breui ruinam minabitur.

11. Generat tristitiam animæ, ut dicit S. Thomas: prout norunt etiam illi, qui volunt spiritualiter viuere.

12. Contristatur Spiritus sanctus: Nā huiusmodi peccata venialia reddunt nos incapaces multorum donorum, quæ aliquin Deus nobis sæpius libenter ac liberaliter communicaret; unde bene comparari possunt quibusdam latronibus, qui paulatim furantur, nunc hoc, nunc illud paruum, hodie aliquid & cras aliquid; Dominus autem seu possessor, tandem in fine sentit iacturam, sic nos, perdendo tam multa dona, quantum perdamus, in fine apparebit. Et Mercator non tantum dolet, quando in mercibus suis aliquid perdit; sed etiam quā-



do occasionem lucri perdidit.

13. Impedit adhuc, quod non possumus bene videre, cognoscere, & amare Deum, qui requirit corda valde munda, pura & candida, sicut enim pulvis in oculis, non quidē statim excæcat, multū tamen & valde impedit visum.

14. Auertit quoque Angeli sui custodiā, qui alioquin à multis eum præseruaret malis; sic etiam priuatur multis bonis fructibus, sicut dicit Cardinalis Caietanus in sua summa.

15. Peccatum veniale scienter cōmissum, & quando homo in eo perseverat, priuat eum proprio effectū Sacramēti, hoc est, quadam dulcedine spiritali, quæ nutrit ac fouet deuotionem & debilitat inclinationem ad vitia; hinc forsā procedit, quod non omnes, qui frequentant Sacramenta, gustent illā suauitatem, & præsertim viduæ, vanæ, quæ ex quadam vanitate vel consuetudine communicant (quod raro fit sine peccato ad minus veniali) & sic priuantur delicatissimo illo cibo, atque suauissimo eius fructu, vt dicit S. Thom.

Si igitur non adferret aliud damnum peccatum veniale, nonne plus satis astimandum esset? nonne fugiendum ac vitandum, vt pestis, atque vt mors ipsa?

Propter



VIDUITATIS. 109

Propter peccatum veniale, Deus sæpè mittit atque permittit varias tribulationes, afflictiones & calamitates. imò aliquando ipsam etiam mortem; ut legitur in S. Scriptura, & inter cæteras, de quodam propheta; qui cùm commisisset contra mandatum Domini peccatum veniale; permisit Deus ut à Leone occideretur in via. Aliquando Deus præuidendo quòd aliquis paulatim per veniale peccatum, disponatur ad mortale; præuenit eum morte.

Ex his igitur videtur tibi, nullius momenti esse peccatum veniale?

An putas quod sit curandum vel astringendum?

Videturne pro toto etiã mundo esse committendum?

Putasne aliquid saltem iudicij illum habere, qui peccatum veniale parui perdidit? negligit? vel non curat?

---

*Probat, exiguam curam peccati venialis, procedere ab exiguo amore erga Deum.*

Sicut mulier honesta, si verè talis est, ex corde amat maritum suum, & omni diligentia præcauet, ne vel in minimo illum offendant; quod si autè per inanimaduer-

tentiam



tentiam fortassis hoc factum esset, gra-  
uiter dolet, & quamprimum se emen-  
dat, rogatq; veniam, & non hoc solum  
contenta est, ne offendat; sed quarit  
omnem occasionem ipsi in omnibus  
gratificandi, etiam si esset aliquo modo  
molestum. Similiter facit bonus & fi-  
delis seruus Patrono tuo; & obediēs fi-  
lius patri; sic etiam vidua quę verē amat  
Deum, non tantum, in re magna; sed  
in minima quoque timet eum offen-  
dere, & si forsā ex inconsideratione a-  
liquid accidit, vehementer dolet, veniā  
deprecatur; & procurat semper omni  
studio atq; sollicitudine, vt possit illi  
etiam ad nutum seruire, etiam si hoc &  
voluptati & sensualitati suę maximē  
repugnaret.

---

*Quod etiam Sancti peccatum veniale  
astimāunt valde nocuum.*

Sufficiat vnum exemplum de S. Io-  
anne Baptista, qui iuuenulus petijt de-  
sertum vt cantat S. Mater Ecclesia:

*Antra deserti teneris sub annis;  
Ciuum turmas fugiens petisti  
Nē leni saltem maculare vitam*

*Famine posses.*

D. Paderborn.



D. PAVLVS dicit; non faciamus mala vt veniant bona; Item alibi, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem; multo igitur minus commisisset peccatum veniale.

S. Gregorius dicit, quod non sit peccatum tam exiguum, quin neglectum, fiat magnum, sicut qualiscunque inimicus, si negligatur, aliquando potest multum nocere.

S. Hieronymus quoque ait: Quod si peccata venialia non curemus, quia videntur exigua & nullius momenti, curare tam e oportet propterea quod sint multa, & disponant ad mortale.

Item dicit: si parum penditur, quia paruum & exiguum videtur; multum & valde curandum est, quia qui illud prohibet, Deus magnus est, qui exigit rationem in die iudicii, etiam de omni verbo otioso; Et in Euang. dicitur; Qui infidelis est in minimo, infidelis erit & in maximo.

S. Bernardus in quodam sermone, quem habuit de cōuers. S. Pauli, incredibiliter exaggerat grauitatem peccati venialis.

Henricus Harpheus asserit; Quod si aliquis non habeat propositum, absti-



ne di à peccato veniali, nunquam illius consequetur remissionem, quamvis etiam sæpius confiteatur.

S. Catharina Senensis affirmat; Quod Deo suprà modum displiceat, culpa sæpius iterata & neglecta, quamvis minima, Doctor quidam Dicit: Quod, quæ admodum mulier aliqua non statim, sed paulatim fit meretrix, sic qui parvipendit peccatum veniale, paulatim fiet magnus peccator.

Sicut domus non statim corrumpitur, sed paulatim, sic & vestis non unica vice, sed sensim conteritur seu consumitur. Ita quoque per peccata venialia & minima pedetentim homo disponitur ad lapsum in maiora & grauiora. Vnde Scriptura dicit: Qui nō curat vel negligit parua, paulatim incidet in maiora.

---

*Rem. dia aliquot contra peccatum  
veniale adhibenda.*

Primum remedium est, Manè proponere sibi, potius mori, quā illo die scelerè committere aliquod peccatū mortale, & a hoc implorare diuinū auxiliū.  
2. Tollere omnes occasiones peccati venialis, hoc est, conuersationem locorum, colloquiorum, & similitū pericula.

3. 1.



3. Si animaduertit se incidisse in aliquod peccatum veniale, dolere statim, rogare veniam, & proponere emendationem in posterum.

4. Quando necessario tractandum erit aliquid, & hoc non sine periculo peccati venialis, commendabit se imprimis Deo, & in tractatione postea, mentem sapius eleuabit in Deum, & acquirat sibi habitum frequenter dicendi, Deus in adiutorium meum intende.

5. Examinare bis in die conscientiam suam, facere aliquam poenitentiam, ad minus vespere.

6. Perseuerare in frequentatione Sacramentorum.

7. Perpetuam habere custodiam, & cordis sensum, & maxime linguæ, facere sibi habitum cogitandi sapius de presentia Dei, & Angeli custodis, cui se commendabit sapissimè.

*Quod vidua à tribus peccatis, sibi debet, quàm diligentissimè cauere, quæ frequentanti Sacramenta, maxime sunt contraria.*

Tria peccata oportet euitare, quæ sanctissimo Sacramento omnibus modis sunt contraria.

**Primum.**



Primum & principale est superbia; hostis Dei capitalis, sibi enim, qui soli Deo debetur, attribuit honorem & gloriam, hinc Deus superbiae valde & semper resistit, vti principio omnis peccati. Et quomodo audebit vel presumet cor superbum suscipere corpus illius, qui se humiliavit usque ad mortem? Cuius tota vita fuit exemplar humilitatis? qui potissimum venit in hunc mundum, ut hanc sanctam virtutem doceret & verbis & exemplo? Et qui tantum se etiamnum humiliat, ut dignetur sub specie panis & vini existere, & tam frequenter ad nos venire, & nobiscum manere, qui toties illum grauius offendimus, & vix ille suscepto, iterum offendimus.

Debet igitur vidua valde humiliter de se sentire, & quicquid boni habet totum Domino Deo acceptum ferre, reddere ipsi gloriam & honorem de omnibus, reputare se alijs omnibus & inferiore & magis indignam, considerando, quod si Deus tribuisset alijs, quod sibi concessit, nempe bonam voluntatem, auxilia, tempus, & commoditatem seruendi ipsi & bene operandi, inspirationes quoque, & totificationes internas, multo forent meliores ipsa.



## VIDUITATIS.

117

ipsa, & erga S. D. Maiest. magis grata,  
& sine vlllo dubio, proximo suo essent,  
ono exemplo.

Secundum peccatum est odium, &  
rancor animi; Quæ enim maior temeri-  
tas excogitari potest, quàm cum rancore  
suscipere illum, qui dùm omnibus  
spoliaretur, fama etiam & ipsa vita, suis  
crudelissimis inimicis cõdonavit om-  
nia clamans. *Pater ignosce illis, &c.* Et qui  
tãroperè nobis minatur nō velle se no-  
bis dimittere, nisi & nos dimittamus a-  
lij? Et si prius non simus reconciliati  
proximo nostro, nihil illi gratū est, quic-  
quid fecerimus; Et audiamus quid di-  
cat S. Augustinus circa hanc materiam.

Quoties dicit ille. *fratres charissi-  
mi*, multis celebrare solemnitates Do-  
mini, supra omnia fugite ebrietatem,  
repugnate iracundie, sicuti crudelissimæ  
bestiæ, expellite ex corde vestro odium,  
sicut venenum mortiferum; & in vobis  
tantus sit charitatis ardor, qui non solū  
se extendat ad amicos; sed etiam ad ini-  
micos, vt iecurè possitis dicere in orati-  
one Dominica: *Dimitte nobis debita  
nostra*, sicut & nos dimittimus debito-  
ribus nostris.

Si hæc dicit S. Augustinus in celebra-  
tione Festiuitatum Domini, quid po-  
stca



postea erit, quando quis suscipiet Corpus, Sanguinem, Animam & Diuinitatem ipsius Domini.

Tertium peccatum contrariū huic Sacramento, est immunditia, capitalis inimica Huic carni castissimæ, mundissimæ ac purissimæ ipsius Christi. Mundi enim corde & corpore tantum gustant hoc Sacramentum; Dæmonium autem, vocatur Spiritus immundus, inter cætera nomina quæ habet; quia nonne dieque nos peccatis, & cogitationibus immundis varijsq; illecebris infici, illaquiari, & hoc, ut contaminemur ac polluiamur, & corpore, & mente, & sic nunquam audeamus accedere, seu appropinquare ad hoc Sacramentum, vitio carnis adeo contrarium; Cum constet experientia, nullum aliud esse peccatum, quod hominem reddat magis similem bestiis, atque ipsa luxuria, quæ nos quàm maximè elongat atque separat ab hoc S. Sacramento: quod indicat Euangelium, de illo, qui inuitatus ad nuptias, respondit; *uxorem duxi. nō possum venire.* Si ergo inordinatus amor uxoris vel mariti, caropere impedit, quid obsecro de reliquis erit? Quotidiana experientia docet, quod viduæ vanæ & lasciuæ, & quæ nō sunt adeo boni nominis,



minis, rident alias, quæ sacramenta frequerant, sed audiat quid D. Augustinus dicat.

Precor vos & admonco, in quantum possum, vt Dei gratia adiuuante, in hoc laboremus omnes, vt sincera & pura conscientia, mundo corde & casto corpore accedamus ad altare Domini, & digni simus suscipere corpus & sanguinem suum, non ad iudicium & condemnationem, sed ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam animarum nostrarum, quia in Christo, tota vita & salus nostra consistit, sicut ipsemet dicit in Euangelio, Mutet igitur vitam suam, qui hanc vitam vult suscipere, quia si non mutauerit, ad iudicium sumet vitam, & potius ab ea corrumpetur, quam sanabitur, potius occidetur, quam viuificabitur, sicut dicit Apost. hæc, hucusque S. August. loquitur.

S. Paulus scribens ad eos, qui in primitiua Ecclesia solebāt quod tunc communicare, vnum quod maximè cupiebat cordibus eorum imprimere, erat horror & immortale odium, quod debebant semper habere contra peccatum immunditiæ. Nunc enim dicebat, quod hoc peccatum coinquinabat & corpus & animam; Nunc verò quod maxi-



1. Cor. 6. ma iniuria afficeret corpus CHRISTI  
 & T I inquiens ; Nescitis quod corpora  
 vestra membra sunt CHRISTI  
 tollens ergo membra Christi faciam mem-  
 bra meretricis? absit. Aliquando etiam  
 dicebat: quod violabat templum Dei:  
 Ibidem enim paulò inferius dicit: An  
 nescitis, quoniam membra vestra templum  
 sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem  
 1. Cor. 2. habetis à Deo, & non estis vestri? Nonnu-  
 quam dicit, quòd hoc peccatum facit  
 Gal 5. hominem brutis similem, inquit enim  
 animalis, aut homo non percipit ea,  
 quæ sunt Spiritus Dei, &c. Alibi dicit  
 1. Thes. 4. de operibus carnis; Luxuria immundi-  
 Ephes. 5. tia, &c. quoniam qui talia agunt regnum  
 Dei non consequentur: Iterum alibi: Non  
 enim vocauit nos Deus in immunditiam,  
 sed in sanctificationem Iterum dicit alibi:  
 2. Tim. 7. Fornicatio autem & omnis immundi-  
 tia, auaritia, nec nominatur in vobis, sicut  
 decet Sanctos: Item: Dei voluntatem  
 esse, vt simus casti & sancti, &c. Quan-  
 toperè autem reprehendat viduas lasciu-  
 uas, easque Timoth. suo deuitandas  
 præcipiat hoc ibidem latius videre est.

Quomodo vidua debeat vitare & fugere  
 omnem peccandi occasio-

¶.¶.¶.

Si



Si vidua cupit perseuerare in foelici  
 spiritualis vitæ cursu, & cum fructu gu-  
 stare sanctis. Sacramenta, omnibus  
 modis necessariū est illi evitare & tol-  
 lere omnem occasionem offendendi  
 Deum, nec sibi nimium fidere, immo  
 nec alteri se confidere, sed magis ab alio  
 sibi timere, quàm à semetipsa; dicit  
 enim Scriptura: *Qui amat periculū peri-*  
*bit illo: Et Saluator in Euangelio. Si o-*  
*culus tuus te scandalizat eijs eum.* Si Da-  
 uid homo secundum cor Dei, si Salo-  
 mon, tam sapiens, per occasiones lapsi  
 sunt, quid nos de nobis sperare, quid  
 promittere possumus? Et si S. Hierony-  
 mus, S. Benedictus, S. Bernardus, S.  
 Franciscus, & alij plures viuentes in lo-  
 cis desertis, vt omnes fugerent occasio-  
 nes, tam grauitate fuerunt tentati, quid  
 nobis sperandum est, si non tollamus  
 occasiones. Et si S. Paul. vas electionis,  
 apertus vsque in tertium cœlum, & ple-  
 nus Spiritu sancto, adeo castigabat car-  
 nem suam, adeo timebat, tollendo oc-  
 casiones, ieiunijs, vigilijs, orando, labo-  
 rando continuò pro Christo, quid no-  
 bis faciendum est? Vterius, si nos, nul-  
 las habentes occasiones, lapsi sumus;  
 quid non faciemus, si nobis occurrant  
 rei offerantur? si etiam in ipsa orati-  
 one

*Marc. 9.*



ne, tentamur ac distrahimur; quid non  
orando, & offerentibus sese occasio-  
bus, fiet? infirmi sumus omnes post  
peccatum; & idcirco tollendæ sunt &  
vitandæ omnes occasiones nociuæ.  
Amplius adhuc, natura nostra tā pro-  
na & inclinata est ad malum; ad bonum  
verò ita parum disposita, in modum diffi-  
lis & repugnans; ut, ad illud sit ad in-  
star costæ maximè siccæ; ad hoc autē, ut  
lignum viride humoribus plenum, &  
sic in vno sufficit scintilla ad accen-  
dendum ignem vno momento; in altero  
verò non sufficit ignis etiam valde  
ardens. Quoties offerens se imaginati-  
oni nostræ cogitatio aliqua extranea,  
gās, solummodo per modum transun-  
tis, nonne statim, non solum appeti-  
tus, sed etiam ipsum accenditur & in-  
flammat? Nunquid ergo vide-  
tur necessarium vitare ac  
tollere occasio-  
nem?



Quod vidua spiritalis, debeat relegare  
 & proscribere omnes vanitates, utpote,  
 superfluum ornatum, & alios  
 omnes fucos, atque  
 similia.

Vidua cupiens placere Deo, & dare  
 proximo suo bonum exemplum, atque  
 cum fructu frequenter sacramenta, de-  
 bet à se relegare ac proscribere omnes  
 vanitates, idq; propter multas rationes.

1. Quia non bene simul collocantur,  
 & vanitas & charitas; spiritus & caro: a-  
 mor Mundi, & amor Dei.

2. Et, ut S. Paul. dicit, *Qua autem n. 1. a*  
*est, cogitat qua sunt Mundi, quomodo pla* 1. Cor. 7.  
*nat viro.* Et sic vidua cogitet, quomodo  
 placeat Deo; sed certum est, ac cerissi-  
 mum, quod hoc non placeat Deo, ergo  
 fugiendum? minimè.

3. Sicut antequàm esset vidua, adeò in  
 hoc sollicita erat & laborabat ut corpus  
 suum exornaret, solummodo propter  
 vanitatem, etiam cum obliuione & de-  
 trimento animæ, quæ absque dubio se-  
 pitus erat satis contaminata, & immun-  
 da; ita etiam cum iam sit vidua, & cupi-  
 at spiritaliter viuere, debet tota in  
 hoc attendere ut animam suam vir-  
 tutibus



entibus exornet, præbens corpori tantum necessaria.

4. Omnia illa quæ à S. Scriptura, vel prohibita sūt vel improbata, etiā vidua euitabit & fugiet, sed superfluous ornatus & omnis fucus, atque vanitates similes improbantur, igitur omnia ista fugienda sunt.

5. Quicquid alienum à Christo, fugiendum est; sed omnis vanitas Christo fuit inimica, & vehementer ab ipso repressa, ergo vidua eam fug. et.

6. Quicquid rephenderunt ss. Doctores, vitandum est, sed ad vnum omnes rephenderunt etiam acriter vanitatem, igitur omnino fugienda.

7. Hoc quod ipsi Sancti quoque spreuerunt, omnino spernendum est à nobis, sed ipsi spreuerunt omnes huius mundi vanitates; igitur & nos eas spernere planè conuenit.

8. Vidua insistet fideliter negotijs earum viduarum, quæ summo opere laudatæ sunt & celebratæ in S. Scriptura; sed S. Anna vidua in nouo, & S. Iudith in veteri Testamento, & complures alie laudatæ fuerunt, quæ vanitatem abominatæ & execratæ semper sunt; ergo & nunc vidua harum vestigia sequatur.



9. In baptismo pompis & omnibus vanitatibus huius mundi renunciauit; ergo turpe est postea illis vri.

10. Veniale peccatum, multa causas mala, vt supra fassus dictum est, cum igitur vidua sanctiorem prae reliquis profiteatur vitam, minimè ab ea committendum.

11. Vidua vitabit omnem occasionem scandalis; sed velle spiritualiter viuere; & tamen huiusmodi vanitatibus vri, est occasio scandalis, tam spiritualibus, quàm mundanis.

12. Dicit S. Paul. Quod vidua quæ in delirijs est, viuens mortua est; vera autem vidua curabit, vt sit sancta & corpore & mente: quia istæ vanitates nullo modo conueniunt sanctificari.

13. Ad viduæ partes pertinet, bono exemplo præluere domesticis, maximè filiabus, si supersunt: hinc autem seruare Deo, istine sectari velle vanitates ac voluptates: ne prauis exempli specimè est, proinde spernantur & abiciantur.

Vidua iuuenis, quæ ornatur coloribus ac cincinnis, & in superfluo corporis cultu sibi complacet, alijs occasionem præbet non tantum malas cogitationes animo concipiendi, sed etiam opere exquendi ac perficiendi, cum ta-

men



men Christiana charitas cauere omnes  
scandali causas præcipiat. Vnde legitur  
Iuditham, quod formâ eleganti, & gra-  
tiosa esset, instituisse ieiunijs, vigilijs, &  
orationi, cilicio inducam, quod pallida  
non rubicunda, deformis & non venu-  
sta appareret; verebatur nimirum, ne quæ  
accenderet innatâ pulchritudine; pro-  
inde clausa, consortium & conspectum  
hominum, maxime virorum vitabat.

Vidua taliter viuendum est, ne qui-  
quam de illâ malè suspicari possit, ne  
dicam loqui. Vnde tanquam rem inuisi-  
tatam, memorat scriptura de eadē Iu-  
dith; quod nemo de honestate ipsius,  
vtrumque iuuenis & formosa foret, si-  
militer locutus sit. Hæ verò vanitates  
arsam porrigunt, peruersas cogitatio-  
nes apprehendendi, itaque seponendæ  
& detestandæ sunt.

Si adeo vsque liberalem se exhibet  
Christus erga viduam, ut sæpè commu-  
nicet & tradat illi corpus & animam  
suam; quam obrem illam nō deceat vi-  
cissim liberalem esse erga ipsum, dimi-  
tendo ac donando ei, quibus abun-  
dat, vanitates sæculi.

Nihil est, ad quod ardentiori studio  
viduam eniti conuenit, præter absolu-  
tissimam castitatem, & solidum ipsius  
habi-



habitum: Medium verò ad hunc finem consequendum, est, carnem castigare ieiunijs, non fucare, aut nutrire delicijs. Quare honesta vidua omnes species vanitatis odisse debet.

Si beatissima Virgo progressa fuisset ad usum crisporum, fimbriarum, symmatum, & aliarum id genus muliebriū ineptiarum, utique non ascendisset ad dignitatem matris Dei, nec visitasset eam Archangelus, nec corpus ipsius in celum Christus eueisset. Et vidua, quoties Mater Dei efficitur, quoties filium Dei in Eucharistia suscipit, ne leuissimas se vanitates ac venustates confundat?

Docet D. Bernardus, cultum externū corporis esse indicium internæ vanitatis in corde; multiplicia vestimenta proderere molliem animis & nimiam curam polienda carnis, demonstrare, animam prius debito cultu ac virtutibus caruisse. Ergo viduæ ab his omnibus abstinendum est.

Quantò quis liberaliùs se habet erga Deum deferendo amore ipsius, quòd ei ingratum esse certò cognoscit: tantò

f 4 Deus



Deus largiorem se testatur ergà ipsum,  
v potè cui cælestia dona communicat.  
Quantò penitiùs igitur vidua has vani-  
tates exuit, tantò opulentiùs supernorū  
beneficiorum gratijs induetur.

Sancti Pauli doctrina est, quomo-  
do aliquis, dum peruersè viueret, mē-  
bra sua commodauit peccato, & rebus  
turpibus; ita regrediendo ad Deū, debe-  
re illū impendere eadem membra in-  
stitutiones bonas ac sanctas; Et S. Hierony-  
mus scribens ad Demetriadē ita loqui-  
tur: sicut cū seruirem mundo, dele-  
ctabar vanitatibus, iisdemq; afficiebat.  
Ita postquā auspiciatus essem seruitutē  
Dei congruebat vt amarē Deum, dele-  
ctarer Deo; placere Deo. Similiter faci-  
tandū viduæ. Demum omnes ista va-  
nitates spinæ sunt, vt ex Euangelio col-  
ligitur. Et tu offerendo Conditori tuo  
spinas expectas ab illo vvas? nimio-  
perè hallucinaris.

*Bonam viduam non posse simul vacare  
Deo & Mundo.*

Viduas inuenire est, quæ volūt, & ve-  
rò se posse putant, seruire Deo & Mun-  
do, consolatione cælesti & terrenā frui,  
frequentare sacramenta, & sectari sa-  
culi blandimenta quæ quantū se ipsas  
fallant, ex ijs constabit, quæ propediē  
dicturus sum. Sed



Sed ad faciliore rei intelligentiā aliqua præmittenda sunt. Primū. Mundū in præsentī materia designare viros ac foeminas, qui toros se ostenderūt in amore bonorum mundi; vnde ciues mundi, & cōtemptores Dei dici merentur: & hæ sunt viduæ, de quibus loquitur S. Paul. eas versando in delicijs, mortuas veriūs, quā viuas esse. Secundū. Mūdus, hoc est, personæ carnales, & sensui deditæ, est inimicus Deo, nō cognoscit Deū odit quæcūq; Dei, vel à Deo sunt. Tertiū, Qui non stat à Deo, viuit in Mūdo; & qui non viuit in Mundo, Dei amicus & filius est. Et alterutrum horū verū esse necesse est, quia nō datur medium. Vnde Seruator in Euangelio. *Qui non est meū, scilicet, per humilitatē, castitatem, bonitatem, contra me est, siue membrum Mundi est, qui mihi repugnat per superbiam, immunditiā & malitiā.* Et alibi: *Nemo inquit, duobus dominis contrariis seruire potest; cui adicijt Ioannes Apostolus: Qui vult esse amicus huius Mundi, erit inimicus Dei.* Et D. Iacobus. *Amicitia huius Mundi est inimica Deo.* Quartū. Omnes qui appropinquant Deo, sūt odiosi Mūdo, vnde Apostolus. *Omnis, ait, qui volunt placere Deo, persecutionem patientur in hoc sæculo, & Magister*



gister Christus. *si mundus vos odit*, loquitur ad Apostolos, *Sci ore, quia me prius vobis odio habuit*. Quare ex primis hominibus, ille qui erat de Mundo Cain, occidit alterum (Abel) qui erat ex Deo. Esau odio habuit Iacob. Ismael persecutionem molitur aduersus Isaac, ut palam fieret, inquit S. Paulus, quemadmodum ij, qui viuunt secundum carnem, affligunt illos, qui viuunt secundum spiritum. Ergo si mundus est hostis Dei, ut quis proba vidua amore suo cum dignetur? Si tantoperè Deo displicet, quo pacto placeat Dei ancillæ? Quare ratione existimet vidua se mūdo satisfacturam esse, postquam nullos inter innumeros sãctos repertus vique dū fuit, qui illius cōsuetudinib⁹ perfectissimè respondisset? Nec ipse Sanctus Sãctorum Iesus, illi placuit, vtrunque æternā sapientia, & bonitate infinita proditus esset, & beneficam manum ad omnes amicos & inimicos extenderet. *Cōsiderationes aliquot apprimè efficaces ad extinguendum in nobis amorē Mundi.*

Primò considera. Vitam tibi cōcessam ac donatā esse abs Deo, & pro illo expendendā, qui eā cōseruare nō desinit. Sed qua ratione retribues Deo vitā tuā, qui amore ipsius neq; deseris vanitates



tates, & bona opera, studio placēdi Mū-  
do, prætergrederis? Quotidiē totum se  
nobis in diuino Sacramento commu-  
nicat, nec vllius respectum tanti facit,  
vt solos nos derelinquat. Quamobrem  
igitur nos cessemus à dilectione ipsius,  
vt hæreamus in cōplexu Mundi? Quis  
hominis respectus adeo terreat, vt im-  
mensū amorē, inauditā benignitatem,  
supremā liberalitatē, & fauores cū be-  
neficijs incōparabilibus aspernemur?

Si charissimū maritū eū resuscitare  
tenereris, adeūdo Sacramēta, abijciēdo  
luxum, & luctū assumendo, nonne pro-  
pissimo animo hoc præstares? Mundus  
licet fremeret, ac fureret? Cur itaque  
Deus deterioris conditionis sit, quam  
maritus?

Si vnigenitum filium, vel alium ex  
charioribus amicis moribūdum, libera-  
re ab imminente morte propoluisse,  
frequentando Sanctissima Sacramēta,  
ponendo superfluitatē vestīū, rescādo  
lymata, & quicquid in muliebri orna-  
tu indecens, apparet: unquid nō vani-  
tati valedicerēs, etsi Mundus reluctare-  
tur? Quomodo ergo, vt placeas immor-  
tali Deo, in cuius manib⁹ vita, & omne  
solatium eū constituta sunt, idipsum  
non perficis?



Placere debet vnusquisq; hominib' virtute & iudicio præditis: non Mūdo, qui inimicus est omnis boni, dicens malū bonū; & bonos à principio persecutus, fuit, Barrabbā antepponendo Christo. Qua de causa igitur illius gratiā aucupemur? Qui olim obtemperarunt Mūdo, & illi complacuerunt, die sedēs, vbi sunt? vtiq; in infernō iuxta diuinē epulōnem & sequaces eius. E cōtrario, qui amore Christi Mundū despexerūt, honorantur in cælo, & in terra, cū mendico Lazaro, & humili Frācisco, & innumerabilibus alijs. Quare sollicitos nos esse decet, non quomodo Mundo placeamus, sed quomodo ab illius cōsuetudine & consorcio liberemur. Affirmare solebat B. Paulus, se Mundo, & Mundum vicissim sibi crucifixum esse. Et, non futurū se seruū Christi, si hominibus perplacere cōstaretur. Quare qui gratus desiderat esse Mundo, nō mereatur appellari seruus Christi.

In horā mortis, quæ fortasse propinquior est quā suspiceris, voles te fortasse multa opera bona, & mundū despexisse, vt Deo tantō charior existeres: cur igitur non præstas hodie, quod tunc te consecisse optabis?

Erubescere, nisi frontem exuisti, quod

cum.



clum modestia, & honestâ vita, pulchra  
coram Deo & Angelis eius apparere, &  
gratiam cælestem mereri possis ob hu-  
manos respectus, nuntium mittas pre-  
fati, & nihil sollicitius indages quâ be-  
nevolentiam & laudem hominû Mun-  
di vecordum, vanorum, stultorum.

Si comedentem, bibentem, cubitum  
concedentem Medicum in ægritudine  
auerfentem te, alij risu exciperent, nun-  
quid desineres māducare, bibere, medi-  
cum accire? minimè enim verò imò ri-  
deres ridentem te. Quapropter ergo,  
dum pascis animam tuam cibo Ange-  
lico Eucharistiæ, dum infirmitatibus  
tuis medicinam quæris, dum bonum  
prosequens & à vanitatibus quæ Deo  
displicent, profugis, verearis eum, qui  
tibi ridendo & dissuadendo contraria-  
tur? Tu verò æquiore titulo illos ride-  
to, illos despice, & condole, quod phre-  
netici veritatem stultitiam suam non a-  
gnoscant.

Deniq; omnes sancti verbera & cala-  
mitates perpeffi sunt, oēs in operibus  
penitentiae desudarunt, omnes carnem  
suam cum vitijs mortificarent, omnes  
spreuerunt Mundum & vanitates eius,  
semper in timore & tremore vixerunt,  
ac gratiam ac paradysum amitterent.



Et tu quæ Mundo & fallacijs illius obsecundas, & propter filios tenebrarum, intermittis opera lucis, mereri & consequi te posse felicitatem existimas?

*Qualem deceat esse intentionem bona vi-  
dua in perceptione Eu-  
charistia.*

Quoniam Deus non respicit opus tantummodo, sed præterea intentione operantis, quæ si quidem recta fuerit, multò illud acceptissimum ei accedit, & si non nisi haustus frigida pauperi porrigatur: sin autem, despicit plane actus & conatus nostros, utcumque desererentur vniuersum Mundum, & daremus corpus nostrum ita ut ardeat: Idcirco sicut in omni bono, quod facimus opus est proba intentione, ita maxime, quando ad Authorem bonorum omnium accessuri sumus qui scrutator est cordium, & incredibilem in nobis puritatem ac sinceritatem requirit.

*Finem in omni actione considerandum  
esse.*

Semper itaque finis, cuius gratia operamur, nobis propositus & perspectus esse debet: si enim malus solet, similiter  
opus



opus, quantumvis natura sua bonum,  
in malum degeneraret. Quia verò Deus  
est bonitas infinita, eò melius exister o-  
pus, quò purius ex amore eiusdem Dei  
procedet.

Quamobrem, disideras placere Deo?  
excita in anima tua firmam volunta-  
tem siue habitum obtemperandi Deo,  
ut hic ad omnes actiones te extimulet,  
ut ita comedas, bibas, loquaris, dormi-  
as, recrees corpus, & ornes animam,  
quia Deus hoc abs te vult, hoc præcipit,  
& pro infinita bonitate sua non dedig-  
natur obsequia nostra acceptare. Verbo  
dicam, omnia faciamus, ut Deo Opt.  
Maximo charissimi. In Euāgelio di-  
cebat Saluator, loqui se, ut gaudere suū  
esset in nobis, & tūc, inquit Augustinus  
gaudium ipsius est in nobis, quando  
assequimur, & perficimus voluntatem  
eius. Et nulla ratione alia satis sibi factū  
ille reputat, nisi hac ut videlicet veli-  
mus idipsū, quod Deus vult, nec vlla re  
in actionibus nostris moueamur, præ-  
terquam iussione Dei, & obliuiscētes,  
gloriam & lætitiā, quā virtus parit,  
soliū meminerimus Dei, & quicquid  
fugimus aut sectamur, ad responden-  
dum duntaxat ipsius beneplacito fuge-  
re aut sectari incipiamus.

Pecca-



Peccatum mortale ingentium malorum origo est. Pariter & veniale. Sed est extremè fugiendum sit, ne in illa incurramus; nobilioris tamē intentionis iudicatur, fugere, quicquid inhonestatē sapit, quia & Deus sic præcepit, & non potest illi non talis fuga somnoperere placere. Taliter infernum timere conuenit, quia Deus illum timeri voluit, gloriam desiderari, quia desiderari mandauit. Idem fidem de alijs.

Nā profectò generosius est operari, quia Deus nos operari iussit. Amare enī, quia se amari indixit, ei obedire, quia sibi obediendum iniunxit, ubique bonitatem ipsius præponendo, quam propter præmia, quæ inde expectamus, Et quantò solertiùs hoc fine operabimur, tantò cumulatiores erunt merita, & corona illustrior.

Quando bonum opus aliquis aspiciatur, monet cum communiter, vel metus supplicij, vel appetitus glorie, vel amor virtutis, et si finis talis inter bonos ac laudabiles collocandus sit. Nihilominus non debemus hoc loco consistere, sed cum voluntas possit pro arbitrio suo velle vnum finem, & relinquere alium, vnde autem alio, Deo gratior sit, ut quid non respiciamus ad eiusmodi

qui



## VIDUITATIS.

28

qui ceteros præstantia ac dignitate excellat? verbi causa potest quispiam indagare virtutem, aut desiderio naturali, quo ad illam perpendet, aut studio placendi Deo. Ac tanta est distantia inter unum finem & alterum, neuriquam vè explicare sit: tantò illustrior vnus altero, quantò solis splendor superat exiguam lucem candelæ, quantò oceanus guttam roris, quantò amplitudo cœli exilitatem granis sinapis

*Quoruplici fine ad communionem Eucharisticam accedendum sit.*

Primò vt satis fiat beneplacito Diuinæ Maiestatis. Secundò. Vt semper vniti cum illo scimus, qui hac de causa diuinum illud Sacramentum instituit, ac proinde vltimè verbum Apostolis: Quis me separabit à charitate Christi? hoc quippe mirificè placet Deo.

Tertio, vt cōcipiamus Spiritū Christi. Spiritum inquam humilitatis, & obedientiæ, charitatis ac patientiæ, benignitatis & contemptus sæculi, & veraciter pronuntiemus: Vivo ego, iam nō ego, sed vivit in me Christus; idque vt placamus Deo.

*Quæ*



Quartò ad recolendam passionem Christi, ut cum Paulo non gloriemur nisi in cruce domini nostri per quem ipse mūdo crucifix⁹ erat, & Mūdo illi. Id quoque, ut placeamus Deo.

Quintò, ut liberemur ab angustijs tribulationum, & exaltare queamus dexteram excelsi, & que complacere.

Sextò, Pro animabus in purgatorio detentis; nam & hoc Deo placens atq; acceptum est.

Septimò, Ad satisfaciendum pro peccatis, vitandum purgatorium, apprehendendum tantò citius coronam beatitudinis, & laudandum Deum. Similiter istud placet.

Octauò, Ad consequendum aliquod beneficium.

Nonò, Ad ostendendum gratitudinem pro beneficijs iam acceptis, quia non reperias gratius bonum, quod Deo offeratur.

Decimò, Ad latificandum vaiuerstatem Ecclesie triumphantis.

Vndecimò, Ad consolationē animę.

Duodecimò, ut armemur & animemur ad pugnam spiritualem contra Mundum & Sathanam.

Vltimò, Ut bono exemplo proximos nostros, non sine augmento glorię diuine edificemus.

*Oration*



*Oratiuncula, quæ usu veniunt, ubi dictis  
finitus communio frequen-  
tatur.*

Dirige o Domine sponsum ad cubi-  
culum sponsæ suæ, quatenus ibi exci-  
piatur amplexibus charitatis, & hac  
vniione ad amorem tui inflammetur  
cor meum & caro mea.

Cura, O cœlestis Medice, omnes infir-  
mitates meas, & confirma debilitatem  
meam, vt ope Angelicæ huius Medici-  
næ, totus sanus, & aptus fiam, cuius vi-  
res & conatus obsequijs tuis impen-  
dantur.

Cognosco, O Deus, infinitum nume-  
ri peccatorum meorum & quanto de-  
bito tibi obstrictus sim, Quocirca ob-  
testor te, vt intuitu pretiosissimi cor-  
poris & sanguinis tui, aboleas omnia  
debita ac delicta mea.

Multis cheu tribulationib<sup>9</sup> circūue-  
tus, multis Sathanæ laqueis implicatus  
hæreo. Veni itaq, veni oro solatiū &  
fortitudo mea, ingredi domū serui  
tui & corobora debilia mea, vt om-  
nes laqueos diaboli abrumpam.

Pater pie, & Deus vitæ meæ, quando-  
quidē cōmendavi tibi hanc animā, vt  
Cura



eam deduceres per semitam mandatorum tuorum ad habitaculum sanctum tuum; respice quæso in me nec unquā oculis clementiæ ac prouidentia tuæ gubernate desine.

Benedicta sit sempiterna deitas quæ vice poenarum, quas meruerunt peccata mea, dignata fuit rependere mihi beneficia sua seipsam largiendo. Nullum me momentum tantæ dignationis in memorem offendet Benedictus Deus, & mater Domini nostri Iesu Christi, cū omnibus sanctis & Electis eius, qui semper mihi auxilio sint, vt dignè diuinum hoc Sacramentum suscipiam.

Intret o Domine spiritus tuus in animam meam, & transformet eam in te, vt viuat in tali charitate, Humilitate, obedientia, paupertate spiritus, mortificatione carnis, & contemptu Mundi, qualem tu exemplo vitæ tuæ docuisti. Talibus vinculis me ianoda, vt nunquam possim separari, sed conseruus abs te, me in sæcula seculorum Amen.

*Impedimenta progressus Spirituales quæ bene vidua sollicitè declinanda sunt.*

Primum defectus humilitatis, quæ fundamentum est & custodia virtutum, nam



## VIDUITATIS.

139

nam qui caret humilitate, abundat superbia, id est vniuersitate omnium vitiorum. Ingratitudo, quæ exiccat fontem diuinæ pietatis, & nimium quantum Deo displicet.

Superflua loquacitas, per quam omnis deuotio cordis euanescit, & confistatur Spiritus sanctus. Contemptus peccatorum venialium.

Voluntas tepida, & languens desiderium in virtutibus proficiendi. Non enim satiatur à Deo, nisi quem fames ac sitis vrget.

Horror difficultatis in via cælesti, & diffidentia de Deo. Negligentia in oratione, sicut enim qui non seminat, neque metit, ita qui non orat, non accipit. Vnde Christus, oportet semper orare, inquit, Conscientia æquo scrupulosior.

Præsumptio de acta vita quasi, ad metam perfectionis iam pertigeris.

Inconstantia in operibus bonis, nunc ea intermittendo, nunc resumendo.

Velle sequi proprii cerebri caput, & alius, maximè patrum spiritualium admonitiones negligere vecordia in domandis passionibus; nisi enim granum frumenti mortuum fuerit, fructum nullum affert.

Affixum esse rei alicui mundanæ, ut  
diu



diuitijs, filijs, honori, aut similibus,  
Quod augmentum Spiritus nimiope-  
impedit. Indifferetio in excedendo mo-  
dum, quando frequentantur exercitia  
etiam bona, quæ inde oritur, quod ali-  
orum consilia posthabentur.

Oblivio præsentia Dei, propin-  
qua mortis, & aliorum; Indulgere pro-  
priae voluntati, nec eam refrænare in  
rebus etiam licitis; Præterire examen  
conscientia; Timorem Dei vilipende-  
re: nec mentem aliquando ad superna  
attollere.

Non versari seriò ac sincerè cum  
Confessario, & confiteri nunc uni sa-  
cerdoti, alias alteri sine licentia Con-  
fessarii proprii.

Non conari euellere habitus peruer-  
fos; non repugnare proprijs inclinatio-  
nibus, non exterminare ea vitia, in quibus  
communius faciliusque impingitur.  
Blandiri carni suæ, neque mortifi-  
cationi eam subijcere.

Magni pēdere respectus humanos, &  
velle complacere simul Deo & Mundo.

Non tollere occasiones, loci, tem-  
poris, societatis, conuersationis, & simi-  
lium rerum, quibus à seruitute Dei di-  
strahimur.

Tem.



VIDUITATIS. 141

Tempus absque utilitate dilapidare,  
otiosè & infructuosè.

Non conari ad scientiam earum, que  
conducunt ad utilitatem animæ, cuius-  
modi sunt legitimè confiteri, solidè  
humiliari, & id genus alia.

Incuria in custodiendo corde, &  
preparando illud ad recipiendam sem-  
per nouam de cælo gratiam.

Desidia in disponenda anima ad re-  
ceptionem venerabilis Eucharistiæ.

---

*Documenta S. Hieronymi pro viduis &  
matronis Christianis.*

Principiò, sicut adiuncto sibi mari-  
to placere cupit; ita conentur placere  
Deo, quem loco mariti amandum de-  
legerunt.

Sicut viuētes in Mundo, vanitatibus  
vacauerunt illius, ita postquam migra-  
runt ad Christum, operæpretium est,  
ut abdicant se à vanitatibus quæ illi  
contrariantur.

Dum viuerent in matrimonio, foue-  
bant ac nutriebant corpus, ut educan-  
dis filiis, & portando, matrimonij pon-  
deri pares essent. Sic concedet ut post-  
modum ad sobrietatem, & iugum  
Christi illud assuefaciant.

Adcò



Adeo usque diligent castimoniam, ut omnia ipsarum membra, omnia verba, gestus & actiones spirent verecundiam ac puritatem.

Non tractent unquam solæ cum viris præcipuè talibus, quorum sermo & personæ possint alijs sinistram suspicionem porrigere.

Omneui conuersationem, cum personis lasciuis ac sensualibus intermitant, nec unquam tales sibi appropinquare patiantur.

Nec detrahant, nec murmurent: neque malè de aliquo loquantur: sed à murmuratoribus abhorreant, ut ira quis quis ad eas accedit castè & caute, nec de ullo perperam sibi colloquendum meminerit.

Pari cura, zelo ac timore honestatem tueri debent, & tam sedulæ ipsius amatrices esse ut os & oculi, corpus & indumenta omnia honestatem præferant, nec quisquam coram illis audeat, nisi res maximè honestas & pudicas sermone attingere.

Declinent familiaritatem personarum quam mores & vita vanitatem oleant, præcipuè virginum ac viduarum infamiam.

Quanto iuniores sunt, tanto se flu,  
dip.



diolius ornent decore pudicitiae.

In foeminis famam integritatis admodum teneram esse constat, & tanquam rosam, quia facillimò negotio, ubi praesertim deest maritus, aut gratis maturitas, violatur,

Non expedit ut recreationibus se dedant peregrinis, quae cum cantilenis & strepitu coniunctae sint, sed domesticis iisque modestis.

Semper gerat in manib<sup>9</sup> libellum aliquem deuotum, ne actionem seponat: hoc enim compendiosissimum medium est, quo suggestiones diabolicae dispelluntur. Quia caro non cessat repugnare spiritui; idcirco amore Christi cum eam restringere connitantur, & tanquam lasciuam bestiam abstinenciae exercitatione refrænent.

Iraisci, sicut est proprium hominis, ita non vinci ira, proprium Christiani; quare viduam excandescere, multò indignissimum.

Frequenter cogitent foeminas se se esse, ac subiacere passionibus humanis, & expedire magis, ut doleat stomachus, quam affligatur animus, ut mandetur corpori, quam periclitetur pudicitia.

Nunquam excidat memoria Iudith, & Anna prophetissa, quae diu nequaquam



vacatūt in Templo orationi, ieiunijsq;  
 thesaurum pudicitiae conseruant.  
 Vnde vna truncauit caput Dæmonis,  
 hunc enim figurat Holofernes. Altera  
 inter viduas prima Saluatorem Mundi  
 suscepit, & particeps cælestium secreto-  
 rum effecta fuit.

Considerent animas suas esse filias  
 Dei, proinde non debere cōquiri orna-  
 menta extrinseca, sed omnem ambi-  
 tionem explēdam esse cultu animæ, quæ  
 filiam Dei repræsentare potest.

Non contentæ sint bono inchoato,  
 sed studeant ad finem illud perducere:  
 nam Apostolus Paulus quidem incepit  
 malè, & finiuit benè; Iudas è contra in-  
 cepit benè, sed finiuit pessimè.

Quorsum Christianæ viduæ cincti-  
 ni & fuci? Quomodo talis peccata sua  
 defflere potest? Hæc sanè non ad Chri-  
 sti regnum, sed ad Antichristum perti-  
 net. Et qua fiducia erigit vultum ad cæ-  
 lum, quæ, cum mutauerit concessam  
 sibi à Creatore speciem, ab illo non ag-  
 noscitur.

Quapropter aliud promittimus, &  
 monstramus aliud? quare lingua præ-  
 dicat castitatem, & corpus testatur im-  
 pudicitiam?

Magna



Magna enim uero uirtus, & digna, quæ sine intermissione inquiratur, natum esse in carne, & carnis curam viuendo negligere.

Si Diuus Paulus timet inquiring. Non quod uolo bonum hoc facio, & proinde carnem meam in seruitutem redigo. Quis nostrum securitatem sibi polliceatur?

Si Dauid uir secundum cor Dei, & Salomon dilectus Dei uicti fuere, quis non metuat, se in lubrica mundi uita casurum?

Meminerit uidua semper voluntatem Dei sibi explendam esse, à quo æternam bonorum retributionem sperat: neque enim omnis, dicit ille in Euangelio, qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum celorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei. Et alibi. Cur uocatis me Dominum, & non facitis quæ uobis præcipio? Item. Qui facit voluntatem Patris mei, ille Pater, Mater, soror, & frater meus est. Addit Propheta, filius honorat patrem, & seruus dominum. Ego igitur si pater uester sum, ubi est honor meus? Si ego Dominus uester, ubi timor meus? Unde liquet, cum qui non respondet uoluntati Dei, nec amare eum, ut patrem,



nectimere vt dominum, quocirca Dauidi, qui peccauerat dicebatur: Tu verò non respexisti Deum benefactorem tuum. Et, qui honorat me, honorem recipiet; qui verò contemnit, confusione ac pudore inductur. Quid autem intolerabilius ac iniquius cogitari potest, quàm viuere contra voluntatem eius, à quo vitam suscepimus? aspernari praecepta illius, qui obtemperantibus sempiternam beatitudinem pollicetur? Deus enim uerò nihil indiget seruitute nostra, sed nos illius lege, vnde mandata eius desiderabilia esse debēt auro ac margaritis, quia incomparabile praeuium est, quod eorum obseruationem subsequitur. Merito igitur indignatur nobis diuina bonitas, quia non solum praecepta ipsius vili pendimus, sed etiam celestem retributionem ingratissimis animis repudiamus.

Vox & sanguis Christi clamat: si vis ad vitam ingredi serua mādāta, idcirco enim mortem subiit vt cum ipso viuere-remus, quod fit per obseruantiam praeceptorum eius, quae nobis reliquit in pignus diuinæ dilectionis suae dicens, si amas me, custodi mandata mea, ille est qui diligit me, syncerè igitur amemus



mus Christum, si quidem recorde-  
mur nos sanguine illius redemptos esse. Ni-  
hil aliud velle, nihil agere debemus al-  
lud, quàm quod ad cognitionem vo-  
luntatis pertineat.

Labora quamuis diues, & quicquid  
manuum labore lucraris, da pauper-  
bus, hoc Deo magis erit gratum, quam  
si dares magnam partem bonorum tu-  
orum.

Non est res exigui meriti apud De-  
um, bona filiorum educatio, qui di-  
scant auscultare, & non loqui nisi ea  
quæ ad timorem Domini, & res diui-  
nas spectant.

Filiæ autem non audiant verba in-  
honestæ, lasciuia vel dissoluta, procul  
sint à cantilenis mundanis, à seruis la-  
sciuis, non discant ab incunabilis res  
vanas, non illis perferentur aures, non  
fucis exornent faciem, quæ consecrata  
est Deo, non grauentur earum colla  
auro, & caput gemmis, non incedant  
crispatis capillis, quia sunt indicia &  
præludia ignis infernalis.

Si tu adeò es sollicita, ne filia tua ab vl-  
la re offendatur, quare nō magis curas,  
vt non percutiatur malleo huius mun-



di, qui est Diabolus, neque vt bibat ex calice illo Babylonico, qui huiusmodi vanitatibus repletus est; vel vt non intersit Choreis, & alijs similibus diabolicis vanitatibus?

Vbi paululum excreuerit vt sit grandior, ducas illam semper tecum, & caueas ne illi prebeas malum exemplum, ne conuersetur cum iuuenilibus, sed potius cura, vt nunquam sit ociosa.

Cum manducaueris, recordare quod paulo post sumptum cibum, debeat orare vel legere.

Fac tibi amicos plurimos per electionem synam, vt cum defeceris, recipiant te in aeterna tabernacula.

Da omnibus rogantibus te, praesertim tamen bonis, vesti nudum, ciba esurientem, & visita infirmos.

Quoties extenderis manum, & pauperibus erogaueris electionem synam, imitare tibi, quod is sit Christus; caue autem si Christus Dominus tuus mendicet, ne tu congreges diuitias.

Fuge consortia iuuenum, maxime eorum, qui vani, lasciu, & dissoluti sunt, qui numquam tua tecta subeant, & Cantores cane pedis & angue fuge, atque expelle e domo tua.



Si occurrat occasio vel necessitas lo-  
quendi alicui iuueni, semper tibi adsit  
præsens aliqua persona honesta, ne vi-  
dearis ab alijs sola loqui cum illo;

Piarum ac deuotarum virginum &  
viduarum conuersionem quæras &  
optas habere semper.

Frequenter cogita de morte, & quod  
tibi etiam sit moriundum, & sic nun-  
quam cogitabis denuò nubere.

Ita te geras domi tuæ, vt domestici  
agnoscant te patronam, & reuerentur  
vt sanctam.

Honora patrem, & matrem tuā, sed  
si tibi præberent occasionem deferendi  
Christum Redemptorem tuum, non  
agnoscas, nec audias eos vti parentes.

Fuge omnes personas de quibus ma-  
la potest esse suspicio, & noli dicere, suf-  
ficit mihi mea conscientia, parum curo  
quid alij dicant, quia tollenda est etiam  
occasio malè suspicandi, & offendendi  
Deum. Quærat primùm regnum Dei,  
& iustitiam eius, de reliquis necessarijs  
Deus postea prouidebit. Nō abeat vidua  
post desideria & delectationes sensuum  
suorū & carnis; hinc est, quod in sacri-  
ficijs veteris Testamenti, non offere-  
batur Deo mel, & cera contemnabatur,  
quæ



quæ est domus mellis, sed Deus volebat vt accenderetur oleum in templo suo, quod exprimitur ex amaritudine oliuarum; Pascha quoque voluit Dominus vt manducaretur cum amaritudinibus figuratis in lactucis agrestibus.

S. Paulus; castigat corpus suum, ne reprobus efficiatur; & vidua iuuenula replendo & infartiendo se varijs ac delicatis cibus, quomodo secura erit de sua castitate?

Multoties animus Patroni cognoscitur ex habitu seruæ illius. Non est possibile dum hîc viuitur, vt à moribus & obloctionibus hominû simus liberi; quia malis solatium & quædam recreatio est; malè loqui de bonis; attramen vanus & inanis rumor citò euanesceit Et ex vita præsentî licet iudicare de vita præterita: & ignis ex stupa citò deficit. Flamma etiam deficientibus linguis facîle & paulatim extinguitur.

Si de te malè loquuntur; cesset vitium, cessabit & rumor, & obsequium.

Nobilitas, forma, ætas, & opes, causant vt viduæ ab omnibus magis sollicitentur; hinc fit, vt quo plures sint qui



qui pudicitiam impugnent, eò maiora etiam sint premia constituta ei, qui melius nouit fingere.

Vitabis illas viduas quæ non spontanea sua voluntate, sed necessitate sunt viduæ, & quæ eo modo vincunt, ac si non perdidissent maritum.

Vidua rarissimè prodeat in publicum.

Deus non fecit te diuitem vt sis otiosa, sed vt filas seu per pensum trahas, labores, & sic semper habeas quod posses ex opere manuum tuarum, dare pauperibus.

Semper tibi vt speculum, hanc sententiam ante oculos ponas: Quod tibi vis fieri, alteri quoque feceris.

Non sis facilis ad credendum de alijs malum, quia hoc propriè est indicium animi leuioris, & relinquit semper personam inquitum, sicut etiam malè loqui de alijs.

Non attendas ad laudes aliorum, sed ad tuam conscientiam.

Semper sis armata & præmunita contra peccatum, & ideò parum loquere.

Nihil tibi ipsa humilitate preciosius, nihil amabilius æstimandum, quæ conservatrix & custos est omnium vir-

g s cutum:



autum: nec quicquam est quod res red-  
dat Deo & hominibus gratiores, quàm  
vera humilitas, dicente Domino: super  
quem requiescam, nisi super humi-  
lem?

Verùm huiusmodi humilitas, non  
debet esse superficialis ac simulata, &  
consistere non tantum in verbis; sed in  
corde & factis, quia multò deformior  
est superbia, palliata humilitate: & vitia  
magis enormia sunt, quæ virtutis præ-  
textum habent.

Nō te præferas vlli personæ propter  
nobilitatem: neque eo intuitu illam te  
inferiorem reputabis.

Non hominū conditionē respicies,  
sed animum, quia mores faciunt seruū,  
& nobilē, vera autē libertas atq; nobili-  
tas est, nō seruire peccato, apud Deū il-  
la persona nobilior, quæ maioribus &  
excellentiōribus virtutibus clarescit.  
Inter homines quis illustrior S. Petrus?  
& tamen erat piscator, & pauper ho-  
mo? Inter mulieres autem, quæ nobili-  
or, quæ vnquam fuit illustrior B. Vir-  
gine? & tamen fuit sponsa fabri. Nihil-  
ominus isti Piscatori tradidit Dominus  
claves regni cælorum; Ecce autem spō-  
sa meruit esse mater illius, qui istas cla-  
ues Petro dedit,

Omnia



Omnes eodem pretiosissimo sanguine Christi redempti sumus, & ab iisdē Adam & Eua primis nostris parentibus nati.

Non hoc sibi persuaदेat vidua, quòd ieiunando & abstinendo, sit sancta, quia in eo tantum consistit auxilium, sed non perfectio ipsius sanctitatis: & quid iuuat extenuare corpus abstinentia, si animus superbia inflatur & extumescat? Quid prodest si facies ieiunio palleat, & liuida sit mens inuidia? Quid virtutis habet vel meriti abstinere à viro, & inebriari ira atq; odio? Tūc bona est abstinentia, & meritoria atque laudabilis mortificatio carnis, quando animus ieiunat à vitijs; caro enim per abstinentiam affligitur, ad hoc, vt in animo superbiæ tumor, retundatur, & extenuetur, & vt contempta vidua, discat suæ propriæ voluntati renunciare, illamque diuinæ voluntati conformare; hæc enim in humilitate perfectionē constituit; & idcirco S. Paulus castigabat corpus suum, & quantò plus ei subtrahebat suos appetitus vel delectationes, tantò magis occupabatur in virtutibus, & ad conformandum se diuinæ voluntati.

g

6

Habe-



Habeas curam famæ tuæ, & taliter viuas, vt nemini præbeas occasionem de te malè suspigandi, & nemo de te possit aliquid mali fingere vel excogitare, quod aliter liceat credere; multò minus vt aliquis de te possit malè loqui; alioquin in vanum conquirere de maledicentibus, si tu illis suggeras materiam maledicendi, si autem non præbueris occasionem vllam, & ipsi nihilominus de te malè loquantur, habebis pro consolatione testimonium conscientiae tuæ, quæ satis secura est, quando scit, se nullam præbuisse occasionem cogitandi vel malè dicendi, & tunc nobis appositè accommodari potest, illud quod Christus: *Regni eritis cum vos maledixerint homines, &c.*

Sit in domo tua locus aliquis secretus vel remotus, ad quem subinde possis confugere, post multas tribulationum & afflictionum tempestates, & varias cogitationes, & curas domesticas, tanquam ad tutissimum aliquem portum.

Taliter familiam tuam governa, vt potius velut matrem te diligant, quam dominam metuant, & ad reuerentiam



## VIDUITATIS. 136

etiam illos prouoca benignitate, non seueritate; quia seruitus multò fidior esse solet, cum procedit ex amore, quam ubi oritur ex timore.

Habitu simplici & honesto sis, quæ sobrietas & verecundia comitetur.

Vidua etiam inuenis, non debet redire ad statum matrimonialem, consilio Apostoli, nisi periculum sit incontinentiæ.

Satis tibi esto excessisse primū gradum virginittatis, & per tertium redactam esse ad secundum, ab officio coniugali scilicet ad continentiam vidualem.

Nonnullæ mulieres etiam supersitibus maritis edunt votum castitatis, & concupiscentiam suam moderantur. Et non erit casta ac continens, quam mors à consortio mariti diuulsi?

Deus maritum tibi dedit, Deus & abstulit, & tam præclaram actionem iterandæ libertatis, & euadendi iugum virile, negligas?

In arca Noë mulieres vnum duntaxat virum, & viri vnam tantum mulierem sibi copulauerant. Idem inter animalia quoque seruatum legimus, ut doceamur, feminam contentam esse de-



bere primi marito, nec congruere, vt secundum adiungat.

Vidua iuuenis, quæ non vult aut non valet in continentia persistere, potius marito secundo nubat, quàm Diabolo seducenti consentiat.

Exprimendo didicisti, ad quod angustias matrimonium coniugatos, redigat: demùm omnes hasce amaritudines euoluisti; cur ad easdem reuerteris? Arces cœli aspice, quæ si quidem in te semel inpegerint, vndique nẽ in idẽ ferantur iterum, circumspiciunt.

Ex necessitate virtutem fac.

Ne certum pro incerto apprehende.

Multæ viduæ & si non progrediantur in publicum, sed inter priuatos se parietes cõtineant, infame tamen nomẽ sibi comparant propter necessitudinẽ eũ ministris domesticis, propter leuitatem vestium, vigorem ætatis & formam corporis: quod ad cautelem suam dictum velim, vt circum quaque custodias cor tuum, & abs te amoueas, vnde sinistra de te alijs suspicio ingenerari possit.

Cauc poscas aut approbes consilium nutricis, & aliorum familiarium, tuorum; vix enim aliud suadere consue-  
runt, quam quod tibi placere, in suum  
verò



verò emolumentum vergere intelligunt.

Si benè te operante tristatur pater tuus, certè lætabitur Christus, si domestici plorant, Angeli exultabunt.

Non es illius, qui te genuit, sed qui regeneravit, & in pristinā libertatē, dato sanguinis thesauro asseruit.

Nihil est, quod vehementius inflamet corpus ad libidinem, quàm cibus indigestus. Vidua iuuenis modico vino utatur, si stomachus ita fert, & ea temperet sibi à cibis calidis.

Amorem gemmarum, & vanarum vestium, conuerte ad scientiam Sacrarum Scripturarum, & omnium eorum, quæ ad animæ tuæ salutem conducunt.

Ille, aiebat Ethnica fœmina, qui amorem in me excitauit, idem abstulit, & custodit secum in sepulchro; Si gentilis adeousque despexit illecebras, quid non polliceamur

nobis de vidua

Christiana?

*Alia*



*Alia pro viduis documenta. S. Augustini.*

Si filijs auctæ sunt, educant eos in timore Dei, & hoc præceptum earum studium sit, neq; tā glorientur se habere filios, quā quod bonos habeant.

Si decreuerunt persistere in statu viduali, agant Deo optimo gratias, qui talem mentem inspiravit ipsis, nec sibi aliquid tribuant, sed totum diuinæ Maiestati.

Non contemnat viduas, cui non lubet vivere in viduitate: quia dona Dei multiplicia sunt, & variè diuiduntur.

Omne studium quo sibi deuincire solebat maritum, transferat ad placandum sibi Deum, cui quicquid amplius placebit, tāō beatior futurus est, sicut è conuerso, quò tenaciùs adhæret Mundo, eò magis alienat à se Deum. Curet placere Deo per pulchritudinē animæ nempe humilitatem, castitatem, sapientiam & dilectionem.

Succedant delicijs carnalibus delicijs spirituales vt puta, lectio, oratio, pia meditatio, frequentatio bonorum operum



perum, spes vitæ æternæ, eleuatio mentis in Deum, & perpetua pro acceptis beneficijs gratiarum actio, nam tales oportet esse delitias viduæ bonæ & Christianæ.

Studiofissimè caueat, ne in vicem amoris mariti succedat amor diuitiarum, multæ enim fœminæ, & si vicissent lasciuiam, non tamen superarunt auaritiam, tantò impotentius postmodum amantes aurum & argentum, quantò virilius antè concupiscentiam membrorum represserant. Intenta sit quousque sanitas patitur, ieiunijs ac vigilijs.

Deum ex toto corde amet; hac enim ratione sentiet alleuari sarcinam laboris & tribulationis suæ, & non minus dulcem, quàm si venatoribus, piscatoribus, & Mercatoribus occupatio sua. Si autem hi tantopere gaudent ac gloriantur præda sine lucro suo, quantò iustius lætandum est conciliato, & lucrifacto Deo?

Famam bonam vidua conseruare meminerit, non vt ipsa laudetur, sed quo Deus glorificetur & ædificetur proximus, nec quisquam scandalū reterat: quia extinguere famam propriā, vnde proximus spiritualiter occiditur, crudelitas est.

Quam-



Quamobrem abstinere tenetur non tantum à malo opere, sed & ab omni re, quæ speciem mali præ se fert, ne cui vel conuersatione vel loquela, & similibus occasio præbeatur malè suspicandi, detrahendi, aut idem audiendi, cum boni exempli gratia, omnia genera bonorum operum inchoanda sint.

Quod si rebus optimè gestis, cito demeritum suum tamen diffametur, ad patientiā recurrat, addo & ad legem, quia merces ipsius copiosa erit in celo, ~~et in terra~~ <sup>et in terra</sup> ~~mercedis ad finem vite~~ <sup>mercedis ad finem vite</sup> impertegsa constiterit. Vidua, quantumcunque nobilis, sana, Diues, & proli sua aucta sit, debet non minus reputare se desolatam in præsentī Mundo, & non sectari cōsolationes, nisi in Deo tanquā peregrina super terram, in exilio constituta subiacens metuendis in valle lachrymarum periculis, remota adhuc ab æterna fælicitate, & de eius possessione incerta; quapropter desceant conditionem suam cum Dauide & Apostolo.

Diui.



Diuitiæ si affluant, non apponat cor  
suum.

Non gaudeat numero filiorum, nisi  
viderit eos proficere in timore Dei, &  
modestia Christiana.

Omniū maximè detestetur avari-  
tiam, cum scriptura dicat, nihil esse sce-  
lestius avaritia, nihil iniquius, quàm a-  
mare pecuniam, quia auarus pro auro  
vendit animam suam, & Avaritia, te-  
ste Apostolo radix est omnium malo-  
rum, ut nihil mirum sit, Christum in  
Euangelio difficultatem, quam habe-  
bunt avari in ingressu cœli tã opere ex-  
aggerasse. Facilius trahitur cameris per  
foramen acus, quàm diues in regnum  
cœlorum. Ceterū per diuitias, res om-  
nes terrenæ designantur. Hęc viduis se-  
riò perpendenda sunt.

S. Hieronymus, docens demetria de  
nobilissimâ, opulentissimamque si-  
Romanam qualiter se deberet occupa-  
re interdiu; Vbi expediueris, inquit,  
psalmodiâ & orationes, non cõsides  
otiosa, sed apprehendes lanam & linū,  
nobis, & colliges etiã quod sodales no-  
uerint. Tū ad Texturâ filia accõmoda-  
Texte



Texe telam & retexe si opus sit. Et in  
huiusmodi negotio prolixa dies cuius  
opinionem tua decurret; caue interea  
in tergum reijcias curam animę salua-  
bis Te, & attrahes proximas, & eris  
Magistra sanctę conuersationis, lucra  
facies sodalium animas, multos erro-  
res, qui eo tempore accidere potuissent  
pręcauebis. Nam, sicut scriptura loqui-  
tur; anima otiosa plena est malis deli-  
ctijs. Neque enim persuasum tibi esse  
debet, Deum te dotasse diuitijs, vt ois  
diffluas. Sed vt labori insites, & laboran-  
do respicias ad voluntatem eius cui  
nihil grauius euenire potest quàm dare  
pauperibus de labore manuum tuarum;  
hi quippe si iudicio ipsius expendantur,  
omnes facultates tuas longè excellent.

Idem S. Hieronymus instruens Lęti-  
nabilem Romanam, quomodo Pau-  
lam filiulam suam educare deceat, ita  
loquitur.

Anima, quā oportet esse tabernacu-  
lum viuētis Dei, hoc tantum audire &  
loqui discat, quod pertinet ad timorem  
Dei, non lædantur aures ipsius obscœ-  
nis colloquijs, procul sit à cantilenis  
mundanis, & à cunis affuescat ad psal-  
modiam spiritualem; Remota sit à ser-  
uis lasciuię deditis, & consodales ip-  
sius



sius à familiaritate sæcularium personarum abstineant, ne illi grauissimo damno suo virus instillent, quod ex alijs ipsæ imbibierint.

Iungantur ei sodalis eiusdem disciplinae capaces, vt earū virtute ad progressum extimuletur. Quod si in pigritiam abiret, ne responsionibus percellatur, sed excitetur ingenium & natura ipsius, exhortatione mansueta quatenus gaudium concipiat ex beneficiis, & de erratis indoleat. Summo opere verò caueatur nè propositum studiū odio habeat, ideoque probum illi magistrum, virum ætate maturum, & doctrina secundum prospicito. Non discat in iuuentute, quæ iam haud profutura videatur in adulta ætate, difficile siquidem obolere est inueteratas consuetudines præsertim malas. Nutrix eius ne sit superba, ne lasciuia, ne blāda, sed modesta, erga omnes dulcem se præbeat, vt vnusquisque experiatur, ex Matre prodijisse rosā. Doceatur cui Regi mācipata, cui militiæ adscripta sit videlicet Christianæ. Caue auriculas illi perfores, faciem quam Deus sibi consecrauit fucis oblinis, collum monilibus oneres, & caput margaritis, Cristas nè



erigito, quia indicium gerunt flammę  
infernalis. lis gemmis potius ornata &  
locupletata appareat, quibus compa-  
rari potest prætiostissima margarita  
CHRISTVS IESVS sponsus animę  
ipsius.

Prætextatę Matronę Romanę in  
mentem veniat, quę, cüm à Marito  
Hymmetico, auunculo Eustochij vir-  
ginis exuere eam consueto habitu in-  
beretur Marito obtemperans, in qua-  
dam veluti iubas capillũ Eustochij ere-  
xit, vt ita propositum virginis & Mariti  
desiderium superaret. At eadem nocte  
vidit in somnis contrastantem sibi  
Angelum domini, voce terribili sic in-  
terminantem:

Tu nẽ Prætextata, præceptum mariti  
tui præponere mandato CHRISTI?  
Tu caput consecratę D E O virginis  
sacrilegis manibus atrectare? Ex  
hoc igitur momento ille exarescent,  
& inter cruciamenta consideres im-  
piam temeritatem tuam; & paulo  
post ad infernum præcipitabere: & nũc  
destiteris ab hac nequitia mox filijs &  
marito orbabere. Atque hæc omnia ta-  
lem exitum sortita sunt & repentina  
mors



mers poenitentiae ipsius tarditatem excepit. Sic inuehitur Christus in profanatores Templi sui. Sicut tuetur gemmas & ornamenta sua quae dicta cupio ad instructionem tuam, ut noris quod timore & sollicitudine praestanda sint, quae Deo promissimus. Heli Sacerdos offendit Deum, quia peccata filiorum suorum non plexit. Vir non potest fieri Episcopus, si filios habeat malae famae & vitae. Pariter scriptum est matrem fore saluam per filios dummodo fidelis sit & sese a sanctimonia & honestate non separat. Si obligaris instruere filios tuos etiam adultos, quanto artius teneris erudire, illos dum pusilli sunt, & nesciunt inter Bonum & malum distinguere? Si diligentissime praecaves ne filia tua alicunde laedatur, ut quid non impedis, ne violetur ab vniuerso Mundo, siue diabolo, aut bibat ex aureo poculo Babylonis pleno immunditia & vanitate? Ne euagetur foras cum Dina, ut videat mulieres regionis peregrinae; aut properet ad tripudia & choreas, aut in alias id genus miseras mundanas ac diabolicas se se indicat?

Non



Non enim propinantur venena manifestis, sed occulta, & immixta delicatissimis cibis; & vitia non raro sub specie virtutis hominem decipiunt.

Cum deinde adoleuerit, comiter te ad Ecclesias prodeuntem, nec alibi inueniatur, nisi aut in sacris templis, aut domi suæ, orationi vacans exemplo Mariæ, quæ ab Angelo sola in cubili offensa fuit: unde præsentia ipsius illa turbari, quia præter morem ipsi evenit, ut virum cõspiceret. Quærat solum Dominum Iesum in cubiculo suo, & charissimè foras egrediatur, nè satellites diabolici inuentam violent & vulnerent. Modicum vinum propter stomachum adhibeat. Aures ocludat sonis & strepitui qualicunq; nec seiscitetur, quem in finem, aut cuius gratia fuerint excitat. Quotidie fac rationem tibi reddat actionum suarum, & talem te illi præbe, semper ut in te notet quod imitari delectet. Absit ut malo exemplo illam seducas. Compendiosius eam docebis opere, quàm verbis, boni mores facillimè dilabuntur.

Ne permiseris, ut pedem domo efferrat, nisi se comite, aut versetur cum iuuenibus; sed amicitiam colat cum virginibus.



ginibus bonam, sanctamque, ita ut il-  
larum exemplo ad orandum & psal-  
lendum sponso Creatori suo affue-  
scat. Horrorem illiingere societatum  
lasciuarum, sed honestarum, grauium  
ac deuotarum. Discat exercere lanam  
& linum, intorquere fila, nere & texe-  
re, ac pingere, & sarcire. Mollitiem ve-  
stimentorum missam faciat, & habitu  
incedat, utili, non pomposo, conclu-  
dens prandium cum appetitu, ut ido-  
nea sit, cuius anima sublata mensa, o-  
ratione & psalmodia, recreetur. Ve-  
runtamen discretionem colat, nec eo-  
usque in ieiunijs progrediatur, ut post-  
modum ad necessarias occupationes  
inepra, & infirma remaneat. Quod si in  
villam tibi excurrendum, filiam ne do-  
mi solam desere, sic non sciet viuere  
absque te, & vehementer pauebit, sicut  
bi se solam præter morem agnouerit.  
Non sermocinetur cum alijs foeminis  
præcipuè incognitis. Vice Serici, & v-  
nionum, libros pios circumferat, non  
tamen superbe vestitos, vel imbutos  
auro.

A lectione verò scriptorum menda-  
cium, vel fabulorum extreme absti-  
neat. Iurare vel mentiri nequaquam  
audeat, & si supra dicta præstiteris, ab in-

finis



168 **SPECLVVM VIVITAT.**  
finitis angoribus, & ærumnis liberam  
te experies, lucraberis animam filia  
tuæ; in duplicem matrem illi futuraes,  
& geminam in cælo coronam à Rege  
gloriæ reportabis, qui est benedi-  
dictus in sæcula.

**Amen.**

**Finis Tertiæ Partis.**



**INDEX**





INDEX RERVM  
QVAE IN HOC O-  
PVSCVLO CONTI-  
NENTVR.

Q. Vob sint species castitatis pag.	4.
Causa propter quas laudatur casti- tas vidualis.	5
De veris viduis.	9
De intentione vera viduae.	15
Quid requiratur ad vitam aeternam conse- quendam.	16
Documenta S. Pauli quae spectant ad vi- duas.	20
Quomodo quadam vidua, quae alijs ma- gis praestant habeant magis meriti.	22
De verarum viduarum sollicitudine et cura.	22
De virtutibus et operibus spectantibus ad ipsas viduas.	28
De in superabili patientia quam viduae de- bent habere in omni sua aduersitate	34
Causas cur viduae debeant esse patien- tes.	35
De	



# INDEX

De ieiunio viduarum.	37
De viduarum oratione.	46
Quid requiratur in oratione.	48
An sit bonum persuadere viduis, vel mar- tatis, ut Deo faciant votum seruandi vidual'em castitatem.	53
Quomodo vidua debeat alijs dare bonum exemplum.	61
De doctrina vidue.	63
Quid vidua agendum cum filijs suis, alijs.	66
Quomodo vidua possit peruenire ad perfe- ctionem virtutum.	70
De viduarum pudicitia.	72
Exempla de quibusdam que seruauit vi- ram viduitatem.	73
Quantò in honore apud Romanos deos fuerit vidualis castitas.	77
Quomodo vidua que frequentatur Sacra- menta & vixit uti conuenit, debeat fu- gere peccatum mortale.	83
Peccati mortalis que mala.	94
Utilitates que ex consideratione peccati sequuntur.	101
Venialia peccata fugienda ut pestis.	102
Questio in qua explicatur quàm graue sit peccatum veniale.	104
Damna qua per veniale peccatum causan- tur.	106
Exigua cura peccati venialis procedit ab ex-	ex-



# R E R V M

exiguo amore erga Deum.	109
Peccatum veniale valde nocivum.	110
Remedia contra peccatum veniale.	112
Tria peccata maximè cauenda, qua frequentanti Sacramenta maximè sunt contraria.	113
Peccandi occasio fugienda.	118
Quod vidua spiritualis, debeat relegare & proscribere omnes vanitates, utpote superfluum ornatum. & alios omnes fucos atque similia.	121
Qualem deceat esse intentionem bona vidua in perceptiène Eucharistia.	132
Finem in omni actione considerandum esse. ibid.	
Quotuplici fine ad communionem Eucharisticam accedendum sit.	135
Oratiuncula, qua usu veniunt, ubi dictis finibus communio frequentatur.	137
Impedimenta progressus spiritualis quae bona vidua sollicitè declinanda sunt.	138
Documenta S. Hieronymi pro viduis & matronis Christianis.	141
Bonam viduam non posse simul vacare Deo & mundo.	126
Alia pro viduis documenta S. Augustini.	158

F I N I S.



## Auctor ad Lectorem.


L. 4. pro atiliu lege vtilia. pa. 6. l. 5. pro  
in l. à. p. 8. l. 25. adde & p. 9. l. 14. pro qui  
l. quia. Ibid. l. 20. legen. pro quæ; quia  
pag. 13. l. 27. lege. & magis. p. 14. l. 1. leg  
vel ex. Ibid. l. 18. l. possunt ib. l. 28. pro  
legen. per. pap 16. l. 25. l. affectum p. 21. l.  
22. leg. quod ad. ib. sequenti l. leg. con-  
sequendam. p. 23. l. 7. l. quoad. pag. 24. l.  
6. leg. non inveniendi illum ibid. l. per  
nult. lege, nutantem pro mutatam.




5. pro  
o qui  
quia  
lege  
pro  
21. l.  
con-  
24. l.  
l. pe-  
m.



















































EXC. NAD. D. N. R. 1711  
ORI. DE. H. R. 1711





Th  
2836